ne incineratiōe et hoc fit p naturā stellarū respiciēciū illud cada
uer qd̄ cōseruat̄ sine excineratiōe et ↄbustiōe.p̄terea ex hoc pt₃ ꝙ
qn̄q₃ optimi amici fiūt inimici vna causa agēte pticulari et hoc ac
cidit p influenciā planetaꝝ repugnāciū.quibus ipsi sūt subiecti.

Et per hunc modū manifestatur esse de saturno proposi-
tum· scz q̄ habet disponere materiā et introducere talem
formā· Sed q̄ saturnus sic semper dicitur regnare in em
brionis cōceptione. sic intelligitur q̄ suū regnare in hoc lo
co nō sumitur pro aliquo q̄ influere talem dispositionem
que ab alia parte celi non est nata influi· Et ideo si in tali
hora noctis vel diei nō dicatur regnare saturnus hoc est
ex eo quia cessat virtus sua Sed aliquis alius planetarū
vel stella apta nata est influere talem dispositionē in mate
riā quā saturnus influere nō potuit· quia actus actiuorū
sunt in paciēte bene p̄dispositio· Et si aliquis quereret cur
ita fit q̄ om̄ia tali cursu currant. Responde o q̄ sic sūt or
dinata apud deū qui primordialiter om̄ia disposuit scd̄m
ordinem sublimen et cuilibet virtutē propriā scd̄m exigen
ciam sue nature ministrat·

Hic applicat solutionē ad ꝓpositum suū in speciali. Nota p̄
textū soluitur dubitatio directe in forma quādo sic arguebatur
Si primus mensis attribueretur saturno. ita q̄ ille regnaret in
principio cōceptionis tūc semper regnaret saturnus. Dico satur
nū regnare. intelligitur dupliciter Vno modō influencia generali.
alio modō influencia speciali modo dicitur q̄ saturnus regnat om̄i
die influencia generali. regimen speciale saturni est quando fuit
in domo sua et tunc habet maiorē influenciā. Nota saturnus est
frigidꝰ et siccus ideo habet influere sem̄i humidū et calidū que
sibi contrariātur virtualiter. Vn̄ omnis actio fit gracia cōtrari
etatis quia simile ad ditū alteri nō agit in ipsum. vnde agens et

paciens in principio actionis sunt dissimilia. Sed in fine sūt similia quia omne agens assimilatur suo passu inquantū potest. mediante sua virtute. quia omne agens naturale agit in suū contrariū scdm vltimū sue potencie vt₃.i.celi. Nota lrā dicit actus actiuorū ꝛc. Hoc patet ex signis manifestis Est eī̄ quidā piscis generalis qui vocatur scorpio. ille inficit manū piscatoris per rethe et non inficit rethe quia rethe nō est dispositum ad hoc ꝛc. Item sol calefacit aerē et non orbes ipos sed inferiores se q̄uis sūt sibi propinquiores. hoc est ꝓpter indispositionē materie Et ideo peccauerūt dicentes quodlibet fieri ex quolibet. Hoc non valet quia primus actus ꝓprius habet fieri in ꝓpria materia sibi disposita. Item nota ꝙ ꝓprie dispositiōes nō corrūpuntur in aduentu forme. Et ex hoc destruitur opinio que ponit ꝙ postq̄ materia menstrui est disposita et quādo hoīs forma introducitur tunc dispositiones prime corrūpuntur Hoc nō valet. quia tūc dispositiones frustra precesserūt vñ dispositiōes sūt mediū₃ recipiēndi illud qd̄ fit de potēcia materie. Item autor in lrā ostēdit se esse catholicū in hoc ꝙ ponit deū primordialiter sic animā disposuisse vnde phi mere naturaliter loquētes. sic habēt dicere ꝙ ab eterno sic deus disposuit planetas et stellas et nō de nouo. et ideo cōmentator. i. celi dicit si vna stella fieret de nouo in celo. totū celum periret ꝓpter illam inordinationē que fieret per illā stellam. et oporteret ꝙ celum non moueretur.

Post hoc que dicta sunt iupiter aduenit sua gracia et virtute huic fetui qui materiā disponit ad susceptionē forme mēbrorū et caliditate sua ṽtuali et causali materia₃ fetus cōfortat et sua humiditate replet que fuerūt desiccata ṽtute saturni in p̄mo mēse Et sic ioui attribuit scd̄us mēsis.

Hic autor exequitur de aliis planetis quantū ad formatio₃ fetus. Et videtur ꝙ planete nō formant sic materiā fetus. quia inter causam et effectum debet esse proportio et sic sequeretur ꝙ embrio generatus esset perpetuus cū ipsi planete sunt perpetui Dicendū licet causa principales remote sint perpetue tamē cause ꝓpinque sunt corruptibiles ideo corrumpitur fetus.

Tertio aduenit mars q̃ sua caliditate et siccitate format materiã· diuidens a lateribus brachia · et diuidit collum a brachijs et caput format· Et huic operatiõi attribuitur tercius mensis·

Nota mars est calidus et sicc⁹ et ideo ipse habet formare crura et brachia q̃ sunt sicca. Oportet enĩ q calor sufficiẽs ↄgregat ptes terrestres siccas si debent fieri crura et brachia Nota ex littera habem⁹ q caput formatur prius a marte q̃ cor a sole Huius causa est secũdũ medicos qr in capite sunt oĩa principia vite ergo pmo formatur. Sed aristo. ponit q cor primo format qr cor influit omnibus membris et habet se in corpore sicut rex in suo regno

Quarto tempore virtus solus aduenit. formas impzimit cor creat· et anime sensitiue motuȝ dat Et hoc est verum secundum intencionem medicoꝝ et quorundã astronimo Tamen secundam intencionem aristotelis ·cor inter omnes partes generandas generatur primo et virtute eius omnia alia membra nascunt addunt enĩ quidam ad istam particulam dicentes q sol est radix tocius virtutis vitalis Et tali operationi quartus mensis ascribitur

Item philosophi ꝓpter illum textum. ascribunt generationẽ hominis dicentes. Homo generat hominem et sol. vt. di. phus .ij. phicorũ quia a sole virtus radicalis dependet. contra si sic se quereretur q homo deberet esse celestis et solaris creatura quia effectus ab eodem denoĩationem sumit a quo habet entitatem Dicendun q sol est causa remota ideo non sumitur denominatio in effectu a sole ergo ꝛc.

Quinto tẽpore quedã exterioꝝ membrorũ venus sua vir

tute perficit· et quedam exteriora format scz· aures· nares os et virgam virilē in masculis· et pudibunda scz vuluaz mamillas et alia membra in femellis· manuū et pedū separationez facit et etiam digitorum· Et isti quintus mensis assignatur·

Nota venus est beniuolus planeta et est ṽtualiter calidus. iō perficit mēbra exteriora. s. os. aures et testiculos Sed videt̄ q testiculi debeāt pmo generari qr sūt principalia mēbra (sicut cor et caput) mediātibus quibus se natura cōtinue saluat. Dicit̄ q testiculi nō sunt ita principalia mēbra sicut cor et caput quia videmus testiculis ablatis adhuc viuere hominē. Sed capite abscisō et corde ablato vlterius ibi non esse vitā videmus.

Sexto tēpore influencia et regnatio mercurij instrumēta vocis format· supercilia cōponit· oculos fabricat· capillos crescere facit· et vngues producit· Et isti operationi vi· mēsis attribuitur·

Nota q instrumenta vocis sunt nouē vn̄ ṽsus. Instrumēta sūt nouē guttur ligua palatū. quatuor et dentes et duo labia simul.

Septimo tpe luna· operatione finē imponit repellit enim sua humiditate angustias carnis et aurigenas carnis superficiē triplet· ven⁹ ṽo et mercuri⁹ humiditatē tribuētes toti corpi nutrimētū dāt Et isti opatiōi datus ē septim⁹ mēsis

Item nota luna replet poros carnis et facit fetum esse planū in superficie scz in cute. Item si aliquis homo vel puer nasceret̄ in septimo mense ille moreretur quia non est adhuc debite formatus et consolidatus ergo ꝛc.

Postea influencia saturni cui octauus mensis ascribitur Et illi saturnus multū infrigidat et exsiccat· Et per consequens cōstringit fetū· Et ideo aliqui astronimi ponūt fetū generatū in octauo mense moribundū vel mortuū esse vt in sequētibus manifestabitur· Deinde in nono mense dominatur iupiter qui sua caliditate et humiditate fetum letificat Et fetus qui generatur in isto mēse est fortis et bn̄ dispositus et longe vite·et fortis gracia caloris·et longe vite gracia humiditatis.

Hic autor ponit vnū notabile.si homo in aliquo mēbro deficiēte vt pueri nascūtur vel generātur cū quatuor digitis in manu vel cū tribus hoc est ꝓpter defectū materie. Similiter si generaretur cū sex vel septē digitis hoc esset ex habundācia materie.

St autē adhuc notandū ꝙ mēbra corporis organici xij·signis zodiaci attribuūtur· Primū ergo signū tocius spere celestis·est aries·in quo quidē signo sole existente tēperato fit calidū et humidū et tunc est motus ad generationē·Et ideo motus solus in ariete dicitur principiū vite et radix virtutis vitalis ꝓpterea arieti attribuitur caput in homie et eius cōditiōes· Nam aries in celo est dignior pars celi· qr est principiū diuisiōis spere per xij·signa· Sic caput in homie vocat̄ dignior pars corpis·

Et ideo merito arieti assignandū est. Et quia sol currens in hoc signo calidū et humidū nature mouet et ideo caput in homīe dicitur principium spiritus vitalis.

Postq̄ autor ostendit influenciā planetarū et stellarum respectu fetus. nunc consequenter exequitur ad effectū signorū. Nō aries est calidus et humidus et correspondet veri. ver enī est calidus et humidus et tunc animalia maxime appetūt coitum et tūc augmentatur calidū et humidum gracia solis existētis in ariete. Et maxime in viris tunc est appetitus ꝓpter hoc etiā mater ecclesia statuit ieiuniū magis in illo tempore q̄ in alio tempore ꝓpter luxuriā illo tempore restringendā quia tūc homines cōstricti yeme reuertuntur ad vigorē vn̄ versus. Marce. mares februoq3 canes. mayo mulieres. Nota aries habet domīari super caput in quo vigent omnes potencie anime pro tanto. quia ipse aries est principiū vitalis operatiōis sic et caput in quo vigent omnes potēcie anime. Et ideo medici dicunt q̄ virtus vegetatiua corporis est in capite principaliter et determīate. Sed in corde originaliter. Sed dubiū est vtrū vita magis consistat in corde q̄ in capite. Et videtur q̄ in capite. ptꝫ per auicen. qui dicit q̄ vidit arietem ambulantē corde extincto. hoc esse nō potest nisi vita haberet principium de capite. Sed contra hoc est ipse auerrois in vi. phisi. qui ipsum deridet dicens se vidisset arietē currere hinc inde absciso capite. vn̄. Auer. vult q̄ vita principaliter et originaliter sit in corde. Sed ex cōsequenti in capite. Sꝫ medici sunt multū sensuales. Et ideo quia vident in capite esse sensus virtutū. ideoq3 dicunt vitā consistere in capite principaliter. sed non est ita. ymo in corde. Sed quid dicemus ad autorem in lrā qui dicit q̄ caput est nobilior pars corporis. Dicēdū q̄ hoc est verū scd̄m apparenciā et maiorē operationē spirituum vitaliū quia in eo apparēt magis operationes vite q̄ in corde. Vnde nō dubito quin natura nobiliorē et meliorē partem corporis collocauit in medio corporis. Nā ~~cor est primū viuens et vltimū moriēs~~ hoc nō esset principalissimū membrū corporis.

Thauro quidē collū humeri et scapule geminis attribuunt cancro man⁹ et brachia leoni. quidē pectus et cor. virgini

Pro modo temporum

capitali [illegible]

Cor nec an caput prius.

stomachus et intestina. Et hoc videtur esse medietas cor-
poris scd̃m cursũ medietatis celi vicȝ parte septentrionali
est ãnotata. libra vero secundã partẽ corporis respicit scȝ
renes et est principiũ ceterorũ membrorũ. Scorpio vero
loca libidinis respicit tã ex parte viri q̃ ex parte mulieris:
Sagittari⁹ nares et ea p̃ que natura successũ dimittit et
posteriora respicit: Capricornus vero genua et alia infe-
riora respicit. Aquarius vero tibias respicit. Piscis vero
qd̃ est vltimũ. formationes pedũ respicit et plantas. Et sic
breuiter habitũ est iudiciũ ex parte xii. signorum.

Hic au. ostẽdit de aliis signis dicens vt p̃ȝ in textu. Nõ lrã
vult intm̃ q̃ luna existẽte in talibus signis q̃ respiciũt illa mẽbra
vtȝ in lrã in illis membris non debet fieri minutio sanguinis.

Et nõ opinetur aliquis illa ficta fore. nam fides huius in
multis experimẽtis valeat inueniri. noscat ergo experimẽ-
tũ quiuis q̃ malũ et venenosum est tangere aliud mẽbrũ
luna existente in tali signo illius mẽbri. Et causa istius est
nã luna auget humiditatẽ qd̃ experitur ad sensũ. q̃ si car-
nes recẽtes ponãtur de nocte ad radicos lune tũc generan-
tur vermes in carnib⁹. Et illud non semper apparet eodẽ
modo Sed precipue in speciali statu lune.

Hic autor cõfirmat dicta sua per experimẽta Nota si carnes
in plenitudine lune ponerẽtur ad radios lune tũc cõuerterentur

in vermes et tūc magis q̄ in alio tempore quia tūc luna est multum humida. Et ideo dicit autor in speciali statu lune. Ex hoc pz si aliquis vulneratus poneret ad radios lune. hoc noceret sibi qr luna augmētat humiditates et sic humiditas nimis fiet intensa. Sed si ponitur ad radios solis nō est nociuū. quia radii solis faciunt humiditatē exalare. Et sic ex istis patz q̄ semper in plenilunio mensis maiorat humiditas. s. cerebrū medulla. et menstruū. Et ideo tunc difficile est studere ꝓpter humiditatē cerebri nimis intensam.

In plenilunio difficile discere

Ut illud sane intelligat̄ aduertendū q̄ quatuor sūt stat⁹ lune ſm albertum in tractatu de statu solis et lune. Luna ṽo in p̄ma eius incensiōe est calida et humida vsq₃ quo est semi plena post hoc tūc dr̄ calida et sicca quousq₃ fit plena deiñ est frigida vsq₃ ad semiplena in decremēto. Ultimo ṽo est frigida vsq₃ soli adiungit̄. Et in hoc statu maxie humectat humida putrefaciēdo ideoq₃ cū luna augeat i omībus mēbris humiditatē tūc ledere membrū cū ferro est idē q̄ grauiter vulnerare quia malū est humiditatē addere humiditati. Et sic per consequēs augmentatur nocumentū.

Hic confirmat dictum suū. Nota prima quadra correspondet aeri qui est calidus et humidus et qui generantur in ista quadra fiūnt sanguinei. Secūda est similis igni calido et sicco et tūc in illo signo generantur colerici. Tercia correspondet terre que est frigida et sicca et tunc nascuntur melancolici. Quarta quadra correspondet aque. que est humida et frigida. et tunc nascuntur flegmatici. Et scd̄m hoc dicunt aliqui q̄ si carnes ponerētur ad radios lune cum fuerit in quarta quadra tūc cicius cōuerterentur in vermes q̄ in plenilunio quia tunc maxime est lune humida et vigorosa. Nota si aliquis doluerit in quarta quadra. tunc nō debet trahere sanguinē nec vulnerari in cerebro. Ratio q̄a per illam vulneratio nē humiditas augmētaretur nimis et ideo fieret nociuū in membro.

Sciatis autẽ socij mei q̄uis quedã mulieres causam rei huius occultant. viri ignorãt. tamen quedã mulieres bene effectum cognoscunt. Et plura mala ex isto operãtur vt cū vir est in coitu cū eis. accidit quandoq3 viris magna lesio et grauis infectio ex infectione mēbri virilis per ferrū appositū per eas. ꝓut quedã mulieres vel meritrices docte suut in illa nequicia. et in alijs similibus. Et si phas esset dicere hic quedã ascriberē. Sed q2 ꝓpriū meū creatorē timeo iō de illis occultis ad pn̄s nihil manifestabo.

Hic ponit quedam notabilia Nota ꝙ quedã mulieres sunt caute et astute et accipiunt ferrum et apponunt vulue. et illud ferrum maxime ledit virgam virilem in coitu. Sed vir non percipit propter nimiã delectationē et dulcedinem vulue postea tamen sentit. ideo maxime cauendū est ne fiat coitus cum menstruosis mulieribus. quia exinde homo posset incidere lepram. Et qn̄q3 magnã infirmitatē. quia vene transeūt a singulis mēbris ad testiculos. ideo testiculis lesis cito potest ledi totum corpus Vnde dicit dyasidus si mulierē menstruosam sciēter accesseris totum corpus tuū infectum erit et multū debilitatis. ꝙ vix infra mēsem verū colorem et fortitudinē rehabebis. Et sicut liquidū vestimentis tuis adheret sic ille fetor omīno interiora hominis corrumpit. Dicit enim venerabilis ypocras de naturis hominū mulierē menstruosam non accedas. quia ex isto fetore aer corrūpitur Et om̄ia interiora hom̄is confundūtur Nota autor timet deum scribendo secreta vsq3 ad vltimū ne aliquis expertus forte malum operetur per illa secreta.

Itē de quãto statu lune precipue possumus effectū declarare p̄dictū alio experimento qd̄ sumit̄ ex eo. ꝙ radij lune de nocte subintrantes fenestras et peruenientes ad caput

dormientis faciunt dolorem capitis et fluxum reumatis et causa huius dicta est prius.

Item causa huius est quia tunc luna est multum humida. et quia reuma causatur ex superfluitate humiditatis ideo facit catharrũ et quia humiditas lune perturbat humiditatem cerebri et augmentat ipsum. gracia huius augmẽtationis fit fluxus per nares. Et si tunc illi radij inuenirent vulneratũ vsq3 ad mortem lederent ipsũ ideo vulnerati preseruandi sunt a radijs lune.

Post hoc vero ad influencias planetarum quos antiqui vocauerunt deos nature super hominẽ ex parte corporis et anime nunc reuertantur.

Postq̃ vero autor ostendit quomõ per planetas habet formari fetus. Hic ostendit quomõ isti planete se habent ad fetũ ex parte anime vel corporis vel simul. Nota planete bene dicũtur dij nature. Ratio quia natura regitur ab ipsis sicut regnũ a rege. Unde totus ille mundus contiguus est superioribus lationibus vt tota virtus eius inde gubernetur. Sed dicit si planete sunt dij nature qd tũc facit celum stellatũ. Dicitur hoc est causa vniuersalis nature et vniformis. Sed planete diuersificãt effectũ scd̃m eorũ motum Unde planeta dicitur a planos grece q̃ est planũ siue error latine non q̃ in se errent Sed q̃ ex eorũ motibus fiunt diuersi errores in mundo et in effectibus.

Saturnus q̃ est superior obscurior et grauior tardior alijs facit natũ qui sub eo nascitur fuscũ in calore. ex parte corporis et plenũ in capillis nigris et duris et caput turbidũ et bene barbatũ. Et talis homo cõtinet subtile pectus et habet scissuras in calcaneis figuraliter Et hoc scd̃m dispositionẽ figuralẽ. scd̃m vero animã natus est multum perfidus et malitiosus. iratus. tristis. et malignus vite. fetida

diligens et turbida vestiméta semper indués· Et nō est lu
xuriosus et in pluribus venerē minime diligēs ymmo na
turaliter abhorret· Vñ breuiter notandū· ꝙ ſm intentio
nē magistri mei in illa sciencia experti quicūqȝ natus fuerit
sub saturno habet omēs malas dispositiōes corporis·
Hic.a.ꝓsequitur intentū suū Et diuiditur in septē partes scd̄m
ꝙ septem sūt planete Nota saturnus est supremus planeta. et
cōplet cursum suū in triginta annis. ita ꝙ redit ad idem punctū
zodiaci a quo incepit. Et scd̄m ptholomeū saturnus maxime di
stat a terra ita ꝙ ad illā partem vbi tangit sperā iouis homo ve
niret in quinqȝ milibus annorū et in septingētis et triginta qua
tuor annorum et in septuaginta septē septimanis et in trib⁹ die
bus. supposito ꝙ dieta hoīs esset decē miliaria. Et scd̄m astro.
saturnus est tante magnitudinis ꝙ est nonagesies maior ꝙ̄ tota
terra Item dictū est ꝙ saturnus est multum tardus in motu suo
hoc debet sic intelligi ꝙ in tempore longiori cōplet cursum suuȝ
Vñ saturnus est bene tricesies maior sole quantū ad suū orbeȝ
Et sicut sol pertrāsit suū orbem motu proprio per zodiaci signa
in vno anno sic saturnus in triginta annis. et sic mouetur ita ve
lociter sicut sol. vbi igitur duo hoīes ambularent vnus ꝑ tri-
ginta dies ambularet. triginta miliaria. alter vnū miliare. tunc
alter qui ambulat vnum miliare. ambulat citius non tamen ve
locius est in motu eo ꝙ in equali tempore pertransit de spatio.
scd̄m phm. vi. phicorū. Item nota lrā dicit saturnus facit natuȝ
suū fuscum in colore. ratio quia saturnus est similis terre quia ē
frigidus et siccus et obscurus et niger et virtualiter facit natuȝ
obscurum. Item facit natum cum pilis duris quia est terrestris
cōplexionis et ideo in fetu humores malos causat et grossos a
quibus generantur grossi pili. Item natus eius est tristis. quia
melancolice cōplexionis est virtualiter et melancolici sūt tristes
quia semper inclinant se ad terram. Item natus eius est piger
in incessu. quia ipse est grauis sicut terra et ideo difficulter mobi
lis. Item ipse non appetit coitum quia siccus est et si vult appe
tere posset vti calidis et bene conditis et humidis cibarijs Itē
ille natus semper est inuidus et perfidus quia nullū habet gau
dium sed semper melancolisat et eius somnia vt in plurimū fi-

ant vera sicut videmus in fatuis qui dicunt semper futura per fantasias et per melancolias. Et ipse semper cupit sedere in angulo solitarie. Item nota lrā dicit q ipse habet scissuras in calcaneis. i. diuisiões in pedibus circa anteriorē partem sicut equi et calcanea est vna pars pedis in anteriori parte qua primo terram calcamus.

Upiter vero stella regalis existēs· pia dulcis et lucida et tēperata et psp̄era· facit natum optimum quia nato sub eo dat faciē pulchrā· oculos claros et barbā rotundā· Et figurat duos dentes superiores magnos et equaliter diuisos· Et dat homī colorē albū rubeo pmixtū in facie· et facit lōgos capillos· Scōm animā facit natum bonū et honestū· diligentē· legē et honestatem· Diligensq3 vestimēta pulchra et ornata. Et delectabiles sapores et odores ei placent et erit misericors largus· iocūdus et virtuosus et verax in sermonibus·

Ponit de secundo planeta qui dicitur iupiter vñ. scōm astro cōplet cursum suū in xij. annis ita q sub quolibet signo moratur ad vnum annū vñ· scōm Astro. iupiter multū distat a terra quia ad illam partem vbi est ppinquior terre homo veniret de terra in duobus milibus annorū et in quingentis vigintisex et quatuor septimanis et quinq3 dieb9 supposito q dieta esset decem miliaria. Et magnitudo eius est talis q quinquagesies est maior terra Item iupiter dicitur fuisse ille qui expulit patrem a regno. sic iupiter expulit operationē saturni quia sibi cōtrarius est per totum vtpatz in lrā quia scōm astroni. qui nascitur sub ioue perueniet ad multos honores quia facit faciem pulchram et facies est nobilior pars corporis vnde plus laborat in facie q̄ in alijs

Et facit hominem album rubedine permixtū quia ille color est pulchrior inter alios. quia ille color est sanguineus. Item facit barbam rotundā quia rotunda figura est nobilissima figura ex ij. celi. Et ideo caput rotundum est diligendū. ideo nutrices solent cōprimere et rotundare capita puerorū Item facit capillos longos quia facit natum calidum et humidum. humidū enim cū calore est causa longitudinis puerorū. vnde est superfluū et residuū humiditatis que exit per poros. Et ideo qui habent longas barbas sunt bone cōplexionis et qui cito barbescunt est signum bone cōplexionis. Itē natus sub ioue est bonus scd'm animā fidelis et addiscens. coitum appetens et bene potēs gracia caloris. potens in opere gracia humiditatis sufficientis et bene capit singula que audit quia habet spiritus abiles et satis humidos. Unde humidus bene recipit quia calidus ideo bene delectatur. et non est piger.

Mars cum sit intemperatus in caliditate et siccitate. Ideo scd'm hoc facit natum suū rubei coloris cū quadam adustione et obscuritate sicut videtur in istis qui passi sunt a sole et habet paruos capillos. et paruos oculos. et totum corpus habet curuū et grossum aliqualiter. Scd'm animam vero fallax. inconstans. inuerecūdus. irascibilis. pditor. discordias et bella seminās et supbus erit.

Hic exequitur de tercio planeta qui dicitur mars. Nota mars mouetur sub zodiaci taliter q' complet cursum in duobus annis. Et distat a terra q' ad illam partem vbi propinquior est terre homo veniret in quadringentis et nonaginta ānis et vndecim septimanis et quatuor diebus supposito q' dieta hominis esset nouem miliaria. Item nota caliditas et siccitas sūt cause adustionis crispitudinis crinium. Unde nati sub marte habent paucos crines causa siccitatis et habent curuos seu crispos crines gracia adustionis. Item natus sub marte

est rubei coloris cū quadam obscuritate. quia color rubeus causatur ex eo. quia calidū agit in humidū et cōsumendo humidum relinquit siccum. sicut videmus quādo debēt cōburi lateres q̄ ante cōbustionē non sunt rubei sed postea consūpto humido efficiuntur rubei. et isti nati habent paruos oculos quia oculus est membrū in quo viget humiditas. quia oculus est aquee nature ab extrinseco. scđo de anima qđ patet si leditur exit aqua. et quia mars est siccus et calidus ideo nō potest formare magnos et pulchros oculos. Item mars inducit bella. quia exsiccat cerebrum et cor incendit et sic ira generatur. Ira enī est accensio sanguinis circa cor. et ideo mars scđm antiquos vocabatur deus belli Itē est fallax. Ratio quia est siccus et calidus et sic vt semper est iracūdus et cogitat de malo vt fallat hoīes et ꝑdat Itē satis appetit coitū q₂ calidus. et modicū potest quia caret humiditate.

Sol quidem regalis stella existens· lumen mundi et oculus vocatus· natum sub eo facit carnosum; et faciem pulchram et oculos magnos colorem albū cuȝ quadam rubedine bene barbatum et longos capillos Secundū vero animā vt quidam scribunt faciet ypocritam et malū· Iustū in exteriori parte apparentē. et facit hoīes multū scientes scđm aliquos· Sed inueni aliquos dicentes q̄ nat⁹ sub illo planeta est reg'laris religios⁹ ꝑsūe deuotiōis sapiēs· diues diligēs bonos et deprimēs malos.

Hic exequitur de quarto planeta que dicitur sol. vnde sol de sui natura est planeta calidus. et ideo influit nato sub eo caloreȝ et est siccus sed temperate. Vnde di. si sol est siccus sicut mars quare non influūt eundem effectum. Dicendum q̄ propter caliditatem et siccitatem sol virtualiter est humidus. et non siccus nisi temperate. Item sol scđm antiquos dicebatur pater deoruȝ q̄ sol est principiū vite influens esse omni rei ita q̄ sol per eius

accessum et emisperiū nostrū influit fertilitatē et generationem. Et post eius recessū videmus arescere et terrā fieri aridam et in quolibet signo manet xl. dies et cursum suū perficit in vno āno et scdm Astro. tantū distat a terra q ad illā partem vbi propinquior est terre homo veniret in quadringentis et triginta annis et in xxvi. septimanis et in ij. diebus ita q dies eius esset decem miliaria. Item nota natus sub sole est ypocrita. Et dicitur ab ypos q est sub et crisis aurū quasi habens malū sub auro. i. sub bona apparencia. vñ versus. Omnis ypocrita facetenus est heremita. Item calefacit temperate et ideo facit natum sub eo magne sapiencie quia calor saltem moderatus est instrumentū operandi virtutes anime, quia calor facit spiritus agiles et promptos. Item dicunt quidam natus sub sole libenter vult mitti in exilium quia amabilis est et iocundus ideo deus prouidet sibi de omni bono. Item sol scdm ptholomeum in centilogio suo dicitur esse occies maior q tota terra.

Enus est stella beniuola et facit natū pulchruz et maxime oculis et supcilijs carnosū et medie statture Scdm animā vero blandū et eloquentez musicalia diligentem voluptatē gaudium et coream desiderantem

Prosequitur de quinto planeta qui dicitur venus. Vñ venus habet plura noīa. primo dicitur venus a venerādo. quia antiqui venerabant eam causa amoris. Etiam dicitur lucifer. qa de mane lucem indicat quando precedit solem sequendo de vespere dicitur vesperus quia vesperū de nocte inducit solē sequendo et habet colorem candentē et fulgentem inter sydera. Et complet cursum suū in tricentis triginta octo diebus. Et venus est in magnitudine sicut vna est pars de viginti octo terre. Et scdm astro. tantum distat a terra q ad illam partem vbi propinquior est terre homo veniret in quinquaginta et quindecim annis et v. septimanis et in vno die supposito q dieta hominis esset decē miliaria. Nota venus est calidus et humidus virtualiter. Et facit natum luxuriosum et pulchrū. quia gracia caloris facit natum appetere. et gracia humiditatis facit ipsum posse in opere. Item facit natum diligere musicalia. quia musica est vtilis pro cantantibus et ipsis amatoribus. Item nota supposito q ven9

et saturnus venirent scdm oppositum tunc natus illo tempo-
re nō esset omnino malus necomnino bonus.sed medio modo
se haberet quia bonitas veneris retardat maliciam saturni quā
tum potest et sic facit ibi medium.

Ercurius quē astronomi·solez assequi asserunt et
ex radijs contrahi facit natū cum corpore gracili
satis parue psone et barbe pulchre·Et raro scdm animaz
erit sapiens et subtilis phiam diligens Et studiū boni mo
ris et perfecti sermonis· et ille multos acquirit amicos· et
tamē nō multū fortunatus in eo bona cōsilia vigēt verax
et nullius perfidie expers modulationibus· et nō conscius
id est socius in malo.

Hic exequitur de sexto planeta qui dicitur mercurius. Nō
mercurius semper graditur cum sole et nunq̄ ab eo distat am-
plius q̄ xxx.gradibus.Colorē habet radientē raro propter vi-
cinitatem solis videtur.Sed tamen in meridie mediante specu
lo videtur.Et dicitur mercurius quasi mercatorū kirios. id est
dominus quia mercatores indigent eloquencia.vnde mercurius
dicitur deus eloquencie.Et complet cursum suū in tricentis xxx
octo diebus.ita q̄ modicum minus q̄ per annum.Et quantitas
mercurij est sicut vna pars de viginti duobus mille partibus ter
re.ideo est stella parua Et littera dicit q̄ mercurius contrahitur
a radijs solis.Ratio quia continue mouetur sub sole. Et ꝓpter
radios solis videri non potest. quia lumen magis obfuscat mi
nus.Itē natus ille diligit phiam qui facit natum subtilē scdm
animam ideo diligit subtilia.

Una cū sit velocioris motus·facit natū vagabūdū
verus sermone·nullius seruicij·et facit iocundū·et mediocris
stature et habet oculos inequales s· vnū maiorez reliquo·

Exequitur de vna planeta qui dicitur luna. Nota septimo et vltimo q luna est velocissimi motus. ideo natus eius est vagus et non potest durari in alio offitio vel seruitio. Et q luna est velocissimi motus patet quia quāto planeta est inferior tanto cī eius mouetur. vnde luna complet cursum suū in xxvij. diebus et viij. horis. Et scdm astro. tantū distat a terra q ad illam partem vbi ꝓpinquior est terre scz ad concauū orbis lune homo veniret in xij. annis et lviij. septimanis et in iij. diebus supposito q eius dieta esset x. miliaria. Nota luna habet nomen a sole. et qn currit cum sole tunc habet vigorem et vim et in nouilunio et in quolibet mense anni complet cursum suū per xij. signa. Et in luna vidimus maculā et causa huius est per cōmentato. ij. celi quia luna est corpus rotundū et rarū in medio densum ex nubibus Et ideo in medio ꝓpter raritatē non potest reuerberare lumē solis et sic penetrat ipsum in medio et per hoc patet obscuritas.

Et sciendum q omnes stelle et alie partes corporis sup celestis illa officia diuinitus ipsa exequūtur. et semper sic agunt et sic nunq̄ impediuntur quantū est ex parte earuz Et ideo si phas est dicere scdm ea que dicta sunt oīa inferiora a superioribus reguntur. Et ideo illa que diuino sacrificio et bestiali ymolatione et alia que in mūdo fiunt nō possunt remoueri ab actione corporum supercelestiū dancium vitam et mortem.

Hic autor ponit vnū notabile. quia prius dictū est q natus sub diuersis planetis diuersimode regitur et producitur. Diceret aliquis quomō vel quare sūt stelle sic ordinate. Respondet q per naturam diuinā talis ordinatio facta est. deus eñ sic ordināuit domū planetarū. Et illud patet xij. metha. Et autor vult q per ieiuniū et sacrificiū bestiarum nō potest remoueri cursus planetarū. Illud probatur quia motus celi est semper vniformis et regularis. vij. phicoruz et semper inuariabilis sicut ergo deus instituit ab eterno vel ineternū permanebit. Sed contra

sapiens domiabitur astris scdm theologos hoc nō esset nisi cur sus planetarū et effectus impediri possent. Respondetur q sapiens sic domiabitur astris qn videret aliquē effectū saturni de necessitate vt frigiditatem tūc potest se cauere a nocumēto. Sz nō potest impediri eorū effectum simpliciter qm ita semper agunt. Et autor loquitur naturaliter cū dicit q per sacrificia nō potest remoueri effectus planetarū quia theologus tenet ibi oppositā partem quia oīa sunt in potencia dei. et deus agit libere et sepe exaudit preces cristifidelium.

Ex istis verbis sic forte aliquis crederet me sic capere in duplici peccato· primo quidē quia statim visa superficie verborum cōcluderet ex eis verbaliter oīa de necessitate venire · Scdo q me occultorē christiane fidei vellet dicere·

Et necessarium de istis narratum sit planetis·

Hic respondet cuidam questioni quia aliquis posset contra dicere autori. Ex dictis nāqz patet q oīa ex necessitate veniunt quia eueniūt iuxta cursum planetarū et ille non potest impediri scdm autorem. Vnde oīa bene eueniūt ex necessitate conditionata sed nō absolute hoc sic declarat quia quilibet effectus de necessitate euenit stantibus suis causis necessarijs et infallibilibus vt dicit aristo .ij. poste. sed quia materia quādoqz est disposita ideo eorū effectus impediūtur per accidens. Et sic supposito q virtus planetarū in tali si ergo inducat mortē tamē adhuc homo per remedia potest cōseruari et sic materia nō est disposita seu apta ad talem effectū. Ex illo patet error illorū qui dicūt oīa euenire de necessitate constellationis.

Ut autē ea que dicta sunt lucidiori lumie cognoscātur et quō aliqn plures fetus fiūt in matrice et plures pueri nascūtur sicut duo gemelli· opoztunū est modicū transgredi ab homis generatiōe et videndū est de generatiōe animaliū imperfectorū que nō ex semie sed putrefactiōe gene

D i

rantur· Juxta qd notādū q illa animalia imperfecta si-
cut musce et similia nō semper eodē mō generātur sicut p
fecta animalia·q2 p decisionē semīs nō generātur sed ex pu
trefactis vitz iiij·mathaphice·

Capitulū terciū in quo autor agit de formatiōe fetus in vtero. Et pmo facit digressionē a pposito Scdo regreditur ad ppositum ibi respondeamus et dicam⁹. Nota q musce et aranee sunt animalia imperfecta.et nō sunt de perfectiōe vniuersi. sed tamē nō omnino frustra.ideo quia natura ipsa ordinauit vt malos humores absorbeāt et vt eo meli⁹ hoīes a malis humorib⁹ pseruarēt.

Vtrū autē animalia eadē ex semine vel sine semīe generā
tur Dubitatio est apud plures· opinio em̄ Auicen·ca· et
libro de diluuijs est. q eadē animalia ex semīe et sine semīe
generātur Et hoc declarat quia diluuiū fieri potest adhuc
vl'e et in tali diluuio corrūpentur omēs viuētes corruptis
aūt omibus viuētib⁹ fierent influēcie in cadauera mortuo
rū que putrefacta sūt·et tūc ex virtute celi generabūtur ea-
dem que prius fuerūt· ita q vnū generat ex putrefactis
et aliud per decisionē semīs generabit sibi sil'e in specie· et
declarat possibilitatē huius ad sensū dicens Capiātur ca
pilli mulieris mēstruose et ponātur sub terra pingui vbi ia
cuit fimus tpe yemali tūc in vere siue estate valescēte calo
re solis generat serpēs longus et fortis· Ille vltra genera

bit sibi similē in specie p̱ decisionē semis Et illud idē decla rat in mure quia tp̱e suo quidā mus erit factus ex putrefa ctione et ille vltra sibi generabit similē in specie ex semine. plures ratiões possunt adduci Sed sufficit qd̓ dictum est quia longū esset oīa incidēcia ad illā materiā enarrare.

Hic mouet dubiū et hoc sic ꝙ ponit opinionē auicen. et raci ones eius. secūdo reprobat illā ibi breuiter ad illā ꝛc. Nō auicē posuit datorē formarū vtpt꞉ per cōmenta. xij. metha. et iiij. Et ideo ipse vltra posuit ꝙ virtus diuina mediante motu planeta rū possit infundere formas. et dare esse. et tunc vltra ex putrefa ctiōe rebus generatis illa vltra generātur sibi similia sicut etia꞉ posuit si virtus solis ī terra producit planetā ꝙ ille vltra medi ante fructu et semine posset producere aliū planetā Nota ꝙ cri nes mulierū menstruosarū sūt multū humidi et grossi et veneno si. et ideo si isti ponātur sub pigui terra in yeme tunc generabun tur humositates et venositates per virtutē solis et possunt verti in serpentes. et sic dicitur ꝙ basiliscus fiat artificialiter in fimo ex ouo. vnde fimus est terra pingnis arphinata humiditate re pleta. Et ideo facit aliquid fructificare vnde in terra arida et sic ca illud nō habet veritatem. Item in yeme cū fimus ab intra ē humidus et calidus sufficientē. quia frigus circūstans nō permit tit calorē innatum exalare et recedere Nota mus qui generatur ex putredine terre est grossior alio mure generato per decisione꞉ semīs Et ille habet caudā maiorem et est multū venenosus. q꞉ materia fuit putrida valde ex qua est productus Item auicen. posuit quendam vitulū cecidisse de celo quē dixit generatū fu isse in aere ex putrefactione.

Breuiter ad illam opinionem dicendum est qd̓ non est vera et ratio quia ſm p̄hm viij. phi. sicut aliquis habet p̱ p̱riā materiā sic p̱priū habet agens q꞉ tali materie est ta lis forma quia ali⁹ est actus materie et alius ē act⁹ forme

vt dicitur viij·metba. Et tñ illa animalia hñt diuersas formas et materias et per 9ñs diuersa agencia et generancia habebũt Intentio em̃ phi viij·phi· ꝙ eadẽ animalia saltẽ ſm speciẽ possunt fieri ex semĩe et sine semine·sicut sanitas qñq3 fit ab arte et qñq3 a na· sed in hoc differt ab auicen· qui ait ꝙ nunꝙ animalia pfecta sine semĩe fiant·scd̃m aũt phm hoc nõ est verũ·differt etiã ab eo q2 scd̃m doctrinaz phi·i·metheo· Diluuiũ vl'e est impossibile apud naturam fieri· tã per ignẽ ꝙ per aquã huius rationẽ dicit albertus q2 diluuiũ fit ex cõstellatiõe humectãte· ideo si stellatio humectans respicit vnã partẽ terre tũc alia opposita terre respicit aliã partẽ sc3 cõstellatio desiccans·Et quantum vna humectat in vna parte tunc alia desiccat in alia parte ideo impossibile est qđ dicit auicenna·

Hic autẽ improbat auicennã vel opinionẽ auicẽn. Et nõ racionẽ cõmentatoris pbando ꝙ generatũ ex semine et sine semine differunt specie sic ꝙ agẽs est diuersum et recipiens diuersum et tunc receptum erit diuersum. sc3 a ppagatis et a putredine generatis sic est. ꝙ materia est alia sc3 semen et putredo Item agẽcia sũt duplicia sicut virtus solis et stellarũ cum calore. incorperato in putrefactis ab vna parte. Et agẽcia a quibus semĩa descindũtur ab alia parte scilicet in propagatis sic illi duo mures differũt specie. Et si serpens fit et generatur a crinibus et vltra alius generatur per decisionẽ semĩs illi differũt specie Nota impossibile est fieri dilnuiũ vniuersale q2 planete nõ possunt sic concurrere Sed bene fit dilnuiũ particulare vt si om̃es planete cõcurrerẽt in hoc frigido signo pisciũ quia illud signũ est sũme frigidũ ideo

cõtingere posset Diluuiũ tñ generaretur in vna regione ꝙ illud signum respicit et sic non potest fieri nisi miraculose. Legitur enĩ ꝙ factũ fuit diluuiũ vniuersale ꝓpter maliciã hominũ. de illo hic nihil ad propositũ cũ naturaliter loquamur. Ex dictis nota per experienciam videmus nos ꝙ tempore hyemali in vna regione plus generatur de aqua. et in alia regione opposita vbi est estas plus generatur de aere et igne scḋm cursum planetarũ.

Respondeamus et dicamus ꝙ quedam sine semĩe generã tur et causã huius generatiõis reddit phs iiij·meth·di·ca lor disgregãs corpus mixtũ facit per hoc ꝙ subtile extra hit et relinquit grossũ·et nõ est absolute calor Sed est vir tus cõstellatiõis et celestis Et phi intẽtio est ꝙ materia ex qua animal sine semĩe nascit̃ est aliqua humiditas subtilis in qua quidẽ calor naturalis sepe agit ex parte celi qui dũ ꝓportionatus est materie·in q̃ quidẽ materiã forma talis animalis dꝫ introduci hãc humiditatẽ calor celestis iã di ctus segregat a qualibet ꝑte grossi terrestris et ſm intentio nẽ phi·viij·metha·hec generatio est vniuoca saltẽ virtua liter nõ autẽ formaliter·ꝑ hoc soluit̃ dubitatio q̃ quidam faciũt dicentes omẽ qḋ generat̃ vniuoce ex sibi simile gene ratur in specie·verũ est v̉tualiter Circa hoc notandũ ꝙ ex eadem materia·plura animalia imperfecta nascũtur vt ex stercore equi nascuntur musce vespes et plura cõsimilia di uerse spẽi et diuersi coloris et figure generãtur;

Hic soluit dubitationē et rn̄det scd̄m intentionē suam Nō scd̄m albertū talis est modus generatōis animaliū ex putredine q̄ calor solis quādo pretēditur vsq₃ ad materiā putridam tunc extrahit humidū subtile ab illa materia et generātur quedam pellicule exterius ita q̄ calor interior nō permittitur exire et tūc virtute solis ille calor qui est in materia putrida petit exitum et impeditur. et ex tali motu sursum et deorsum generatur quidam spiritus pulsans. mediante quo spiritu vita producit' in tali materia Et si queritur vtrum ille spiritus pulsās sit substancia vel accidens. Dicendu₃ est q̄ est substancia quia mediante virtute formatiua ille spiritus agit. et quia agens non nisi mediāte substanciam producit ideo necesse est illum spiritum esse substanciā Et ille spiritus est corpus subtile generatum ex subtiliori parte materie putredinis. Sed dubitatur vtrū ille spiritus sit animatus vel inanimatus sed virtualiter quia educit animā viuere effectiue de illa materia putredinali. Et ideo dicit Auicen. in xij. methaphice in illa digressionē vbi improbat auerroim platone₃ et mistum q̄ ex putredine generātur rane. Sed autor dicit calor solis attrahit humidum a putredine. probo per experienciam. accipio vnū murē putredinalē et ponam in locū vbi sunt radij solares in vigore inuenio quia calor solis facit exalare totā materiam muris ita q̄ ibi nihil remanet nisi pellis. Nota generatio septimo methaphisice diuiditur quia quedam vniuoca quedam equiuoca Equiuoca est quando formaliter generans et genitum differunt specie vt si generatur mus de terra ₇c. Vniuoca est quando generans et genitum cōueniunt in specie. vt homo generat hominē vel equus equū. Et ex illo soluitur dictum phi vij. metha. quando dicit omne quod fit a simili suo. in specie fit verū est de generatiōe vniuoca sed nō equiuoca. Nota animalia generata ex putredine non habent semper eundē colorem speciem vel figuram Ratio. quia ista animalia differunt specie mō quecūq₃ drn̄t specie eciā dicuntur differre figura et in colore natura quia ista consequūtur formam.

Generatio duplex vniuoca et equiuoca.

Causa autē diuersitatis illorū animaliū est diuisio semīs in matrice et illud est verū principaliter in animalibus perfectis. Et est notandū q̄ in matrice mulieris plures sunt cellule. quando tunc semen decisum a patre sic colligitur;

ꝙ in vnaquaq; cellula matricis semen sic recipitur tūc est modus generationis plurium fetuum et ille modus generationis respectu animalium imperfectorum accipit simile ita ꝙ inest aliquid loco matricis et aliquid loco seminis Et ideo talis humiditas diuiditur per loca eductionis, fetus in putrefactis· Et ideo multiplicantur talia animalia Et causa similitudinis talium animaliū est similitudo humidi educti de corpore in partes homozenia· Et diuersitas speciei talium animaliū sumitur per oppositum scilicet per humidum eductum in partes eutrogenias·

Hic autor infert causam quare aliquādo plures pueri nascuntur. vnde plures sunt cause pluriū fetuū particularium Prima est diuisio seminis in cellulas et non est sufficiens quia expertum est per obstitrices ꝙ semel vna domīa peperit massam carneam continentē septuaginta figuras hominū. modo certum ē ꝙ non sunt tot cellule matricis. Secunda causa est habundācia seminis et tunc diuiditur et spargitur et fiunt plures fetus. Tercia causa est quia quādo mulieres in coitu nimis mouēt se et tūc circūdi spargitur semen et fiunt plures fetus.

Qr autē quedam animalia generata sunt longa et stricta et quedā breuia· hoc est ex diuersitate cōplexionis· quia ex colerico calido et sicco generatur corpus longū strictum et gracile eo ꝙ calor in eo multum extenditur· Ex flegmatico frigido et humido generatur animal breue et latū quia humor aqueus est multum dilatabilis et frigiditas non

multū extēdit ipsum· Sed ex sanguineo calido et humido generatur animal mediū inter longū et breue ꝓpter calidū et humidū tēꝑatū: Sꝫ ex melancolico generatᷓ animal strictū et breue quia frigiditas nō ꝑmittit ipsū extendi et siccitas nō permittit ipsū dillatari· Ex colerico autē accidētali et adusto generatᷓ animal longū et valde gracile. qꝛ feruor caloris eius multū extenditur et siccitas mediata attenuatur. Et est notandum ꝙ colericus est crocei coloris vt frequēcius· Et sanguineus rubei coloris· Et flegmaticus albi coloris. Et quorū natura permixta fuerit horū et qualitas et color necessariꝰ permixtus erit· Sic ergo in hoc capitulo habemus modum generationis animaliū imperfectorum et quomodo plures fetus simul fiunt· tam in perfectis ꝙ̄ in imꝑfectis et quare aliquod animal est longū et aliquod breue·

Complexionum colores

Hic autor ostendit causam quare quedā animalia generata sunt longa et breuia et satis patet in textu. Nota nullus homo est qui sit purus colericus vel flegmaticus et sic de alijs. Sꝫ omnes mixti. Sed vnus bene plus habet de sanguine ꝙ̄ alter quia nullum est animal in quo elementa equaliter dominātur. vt probat Auer. i. celi quia si hoc esset verum vbicumqꝫ poneretur cōmiscerētur ꝙ est impossibile.

Nunc autē ad superius dictā de generatione et formatiōe

embrionis in vtero materno. Sermonē nostrū cōuerta-
mus et de modo exitus dicam⁹· Et primo videndum est
quomō iste tres potēcie anime. s· vegetatiua·sensitiua et in
tellectiua veniunt ad materiā fetus siue quo ordine· Ju-
xta qđ notandū q illud est alterius negocij q̄ presēs ma
teria requirit quia respicit scienciā libri de animalibus ta-
men aliquantulū de ipso breuiter tangamus aliquid·

Hoc est capitulū quartum et est de creatione fetus Et primo premittit quedā necessaria Vnde dicit lrā quo ordine. quia inter istas potencias est ordo perfectionis et cōmunitatis Et ideo di. cōmenta. i. metha. in de erroribus q primo respiciūtur et accipiuntur forme vniuersales et postea minus vniuersales. vsqȝ ad determīabiles ergo semper est ordo ꝛc.

Sperma vero collectū in matrice mulieris augmentatur
statim qn̄ infusū est ei et quādo matrix est bene clausa Sȝ
alimentū a potencia vegetatiua quia spermate deciso a pa
tre vel a generāte dimissa est ista potēcia vegetalis Et hoc
ptȝ ij. de anima quia potencie vegetatiue sunt duo opera
scȝ generare et alimēto vti quia planta generat plantā ani
mal v̄o animal· Vn̄ videtur q ab illa anima fluat virt⁹
generatiua· postea vero tpe subsequēti scd̄m exigenciā na
ture superadditur materie anima sensibilis et postea anima
illi⁹ speciei vel illius Et ille virtutes scȝ vegetatiua et sensi

tiua distinguūtur per operatiōes qui vltra differūt per obiecta et nō differūt ille due potencie scʒ vegetatiua et sensitiua ita ꝙ sint due potēcie distincte. est enī vna et eadē essēcia q̄uis nō eodēmmō. Et hoc dicit phūs xvi. de animalibus. embrio primo viuit vita plante. secūdo vita animalis. tercio vita huius speciei vel huius. Etiā additur in hoīe virtus intellectiua que nō generatur a materia. sed a celo et est deforis infusa. vñ est finis et perfectio omniū formarū existenciū inferius. Jo cōsueuit apud medicos dici ꝙ prima vita est latens et occulta media apparens et manifesta Ultima vero excellēs et gloriosa. a prima est sensus naturalis. a secūda sensus animalis a quo sensus visus. auditus ꝛc. a tercia vero est sensus spiritualis a quo interpretatio discretio. perscrutatio et sic de aliis

Hic autor ostendit intentū suū ostendendo quomō iste tres potencie veniunt ad materiā. Nota spiritus et semen viri est quodammō vitalis quia viuit vita hoīs Et quādo istud recipitur in matricē viuā et calidam tūc operatur in seīe mulieris Et virtus generatiua primo generat pelliculā fecundinā cui semen inuoluitur et sic cōtinue se mouet ad semen mulieris. et penetrat in materiā longam latam et profundā Et incipit ibi virtus formatiua generare spiritus pulsantes et pulsatiles et in eo ꝙ generat il'os spiritus pulsantes facit materiā viuā et format venas et neruos in quibus currūt illi spiritus vnde spiritus et vene pulsatiles vel saltem ꝓportionabiles eius inueniūtur in arboribus et in plantis et nunc materia sic viuenti vita spirituuʒ qui vegetant illā materiā tunc anima sensitiua recipitur in illa

Ordo animarum hominis.

materia. Et tunc in hoīe materia stante sub anima cogitatiua que est vltima forma materialis per virtutē dei et celi. intellect⁹ infunditur et introducitur. vñ loquendo tam phice q̄ theologice intellectus nō educitur de potencia materie quia intellect⁹ nō est corpus nec virtus in corpore per cōmentatorē iij. de anima. cōmento v. et iiij. Sed theologice loquēdo tūc anima est forma substancialis corporis humani dans sibi esse substanciale. Sed auerrois ponit q̄ intellectus copulātur nobis solū a generatiōe et per copulationē fantasmaticā sicut nauta naui per nauigationē. et ponit q̄ sit vna in hoībus oībus. Et ille articulus est ab ecclesia cōdempnatus qui eñ hoc credūt saluari non possunt. Et per hoc tenēt potētissime aristotilē esse cōdēpnatū quia in illa opiniōe videtur mortu⁹ fuisse ita q̄ ad minus dubitauit sic q̄ nō firme credidit quēlibet hominē habere distinctū intellectum a deo creatum sicut videtur in iij. et ij. de anima. Nota illa forma dicitur educi de materia que extendit extensiōe materie ita q̄ tota est in toto et pars in parte extensiue vt anima sensitiua in corpore pedale pedalis et in semipedali et semipedalis licz sit tota in toto virtualiter. Nō autor videtur poni illud qḋ potēcia vegetatiua sit ꝑ aliquo tempore in materia ꝑ quo nō est sensitiua illud est verum manifeste. ita q̄ prius manifestātur opera hui⁹ potencie quia prius apparet fetū nutriri et augmentari anteq̄ senciat et maneat.

Tempus vero egressus ab vtero materno vt frequēcius est in ix. mense quibusdā tamē in viij: quibusdam in x. et quibusdā in xi. et non vltra. quedam vero mulieres solent parere in scdo mense et abortiue. i. naturā hominis nō ꝓducunt sed aliq̄ materiā carneam vel lacteam. Illud aūt accidit eis ꝓpter plura vt patet quia materia menstruorū corrupta est vl' ꝑ nimiū motū ꝑ quē rūpit matrix vl' ꝓpter alia mala: et ideo meretrices et docte mulieres vel helena

in hac arte qñ senciunt se impregnatas mouent se de loco ad locũ de villa ad villam·et ducuut coreas et multa alia mala.et vt frequencius multũ coeũt· et luctãtur cũ v'ris· q per motũ liberentur a cõceptione.et cupiunt coitũ vt p delectationẽ obliuiscãtur dolorẽ qui generatur ex destru-ctione fetus·

Hic autor exequitur intentum suũ de egressu fetus. Nota omñis fetus qui egreditur in nono mense vt sepius viuit ille fet' est bene maturus et satis fortis quia nonus mensis correspõdet ioui Jupiter autẽ est beniuolus planeta scilicet calidus et humidus ideo est ministrator et nũccius vite. vita autẽ consistit in calido et humido. Item autor dicit qñqz in vndecimo mense fit egressus et illud non est verũ. sed mulieres decipiũtur in cõputatiõe quia qñqz cõcipiunt vnã massã semĩs et post aliã quindenam impregnãtur et tunc putant se cõcepisse prius. vñ illa massa prius concepta eicitur et emittitur tempore vere cõceptionis Nota quãdo puer primo egreditur tunc ponit digitũ ad os ex sue nature exigencia. Ratio quia puer exit de matrice tãq̃ de balneo calido et tunc veniens ad aerẽ sentit frigus. ideo ponit digitum ad os calidũ Item quãdo nascitur tunc sonat quia pat' ẽ ab aere frigido. Et si facit clamorẽ in ventre signũ est q non exit viuus quia aliunde non faceret clamorem nisi a quadã lesione.

XI mense fit partus

Est autẽ notãdũ q iuuenes mulieres ex timore et ex ictu tonitrui sepe disponũtur in curis q fetus vita habẽs moritur· et si vitã non habuerit possibile esset q semen motu naturali a forma hoĩs destrueretur Causa autẽ huius primo accidit ex parte timoris a quo totũ corpus immutatur et disponitur ad egritudinẽ et per eius aduentum fetus leditur et extinguitur· Secundo ex parte fulĩs qd

penetrat vsq3 ad interiora et eam destruit et cōbustionē fa
cit et tamen nullū signū adustiōis extra apparet ꝓpter va
poris illius subtilitatē Et est eciā vapor ille fortissimus q̄
eciā quādoq3 interficit hominē eo ꝙ penetrat ad mēbra vi
talia interiora· et ꝓpter subtilitatē non apparet adustio eo
ꝙ magis ledit ictu q̄ꝫ calore· Et tūc vt frequēcius scd̄m di
spositionē naturalē interiorē vbi fetus inuenitur disposit⁹
et tunc cōsumit totum humidū radicale et cōplexionale fe
tus et tunc fetus extinguitur· Et est sciendū ꝙ illa nō sūt
ficta quia sicut recitat albertus de operatiōe et effectu ful
minis ꝙ in ictu tonitrui quādoq3 videtur cōburi calci⁹ pe
de illeso et ecōuerso et quādoq3 pili iuxta loca libidinis mē
bris illesis· et ꝙ ict⁹ fulminis pertingit ad interiora per
hunc modū quē dixi· fides huius est· quia venenosus ser-
pens percussus a fulmine per paucos dies vermiculat et
putrescit et est serpens a quo tollitur venenū per huiusmo
di impressionē· Item signū fidei est doleū percussū cuius
vinū stetit per aliqđ tempus nō exeundo· de hijs autē sup
fluū est hic determinare·

Hic autor ponit quedā notabilia. Et nota ꝙ tonitrus q̄nq3
ex calore solis fit scȝ quando exalatiōes calide recipiūtur inter

nubes et ibi per frigus nubium exagitantur tunc scindūt nubē et ex tali forti motu fit incensio illarū exalationū et per cōsequēs coruscatio. ideo illi peccant qui dicunt q fiant in tercia regione aeris quia fit infra nubes. et duo sunt motus tonitrui scz. ictus et fulmen. modo ictus ille quandoqz scindit arbores et ille est sonus et ille non scindit sed ictus. Sed fulmen non quia est valde subtile quia generatur ex alatione subtili et calido et illud fulmen sepe cōburit calceum pede illeso. Ratio quia quādoqz fulmen ita cito recedit q pedem non tangit et quādoqz cōburit pedem calceo manente illeso. Ratio quia calceus est substācia porosa sicut omnis pellis ideo fulmen transit per omnes calcei. et inuenit pedem resistentem ideo illum comburit.

Sed de hijs que dicta sunt intendo quedā dubia mouere quorū solutiones et determīationes vobis cōmitto. Primū est vtrū possibile sit in illo tpe quando vir est in coitu si effectus fulmīs per omnē motū fuerit semen receptū hora electionis posset recipe aliquā nouā impressionē p quā disponat ad aliqd aliud q̄ sua natura pticularis intēdat.

Hic autor mouet quedā dubia et primū dubium soluitur sicut dicitur q fulmen in hora electionis seminis potest impedire semen a forma q̄ agens particulare intendit quia possibile est q fulmen faciat materiam venenosam et sic facit ipsam ineptā ad generationē hominis. ita q ex illa materia generantur bufones et alij vermes et sic patet solutio primi dubij.

Secundū dubiū vtrū in hora electionis a planetis posset prohiberi ab ipso fulmīe et tetigisse materiā semīs ex parte patris et matris.

Hic mouet tercium dubiū et potest sic solui q virtutes planetarum posset impediri a fulmine. ideo quia planete quidam influūt vitam et esse tale hoc fulmen destruit. Vlterius dubitatur quare hoc pocius fit in principio electionis semīnis q̄ tempore cōsequenti. Dicendū q tempore electiōis tunc semen est ad

huc tenue et cito potest impediri. secundo dubitatur quia dictū est quod superiora non possunt impediri quia semper agunt naturaliter. Dicitur quod bene possunt impediri in illis que sequuntur opera prima illorum.

Terciū dubium vtrū per ictū fulminis tangentē materiā vtrāqꝫ posset influere semini virtutem per quā pcedit ad formā masculi· ita tamē quod materia prius disposita fuerit ad femelle formā vel dispositionem et ecōuerso

Mouet tercium dubium Et soluitur sic si materia esset disposita ad formā femelle tunc per ictum fulminis in masculuꝫ disponi posset et ecōuerso. et ideo contingere hoc posset et ille solutiōes sunt probabiles. Et vult autor dicendo quod illa dubia sunt multum occulta. ideo in littera non soluit ea.

Nunc autē videamus et dicamus de fetu in quo mense habeat egressum In octauo enī mense raro viuit· ratio quia omīs fetus naturaliter tēdit ad abortū i viij. mēse et incipit laborare ad egressū et ideo cū in vij · mense laborauit tūc debilitatus est ergo Si in octauo mense exeat nō diu viuit Si vero in nono mense exeat est sanus quia requieuit per octauū mensem a laboribus habitis in septimo mense·

Hic autor exequitur de exitu fetus in speciali. Nota fetus in octauo mense male se habet hoc probatur extra textum ratione quia saturnus tunc dominatur et ille contrarius est vite animalis. quia est frigidus et siccus. Alia ratio patet in textu. Tamen si fetus esset valde fortis et haberet amplum foramen per quod exiret posset euadere et sanus exire Sed hoc raro contingit Sed quod in nono mense sanus exiat patet quia nonus mensis correspōdet ioui qui est calidus et humidus et est principiū vite.

Ubi est sciendū ꝙ in quibusdā mulieribus est maior do-
lor ꝙ̄ in aliquibus quia in quibusdā accidit ꝙ fetus quan
doqꝫ pretendit manū quādoqꝫ pedem que oīa sunt noci
ua et tunc obstitrices fetū diligenter retrudūt et ex illo ge-
neratur magnus dolor ita ꝙ plures mulieres nisi fuerint
valde fortes debilitantur vsqꝫ ad mortē accidit quandoqꝫ
eciā in partu mulieris ꝙ corrūpitur vulua mulieris vsqꝫ
ad anū ita ꝙ ista duo foramina fiunt vnū. et tūc obstitri-
ces discrete vtuntur quodā vngento vngētes vuluā quia
retrudunt matricē et sic matrix sepe leditur et vulneratur
ideo bene videri necessariū est in partu mulierū vt habean
tur discrete mulieres in hoc opere hac ex parte hoc autem
didici a quibusdā mulieribus ꝙ quādo fetus pretendit ca
put in exitu tunc bene valet negociū quia tunc alia mēbra
faciliter sequūtur et sic fit partus leuis.

Hic autor ponit vnum notabile et est satis notum ex textu.
Sed est notandum ꝙ quando fetus preponit pedem vel manū
nō potest bene exire quia tunc iacet oblique in vno latere et ma
xime stimulat et tunc mulieres retrudunt et retrudendo fit ma
ximus dolor. Et quādo vulua mulieris est arta et fetus est mag
nus tunc oportet fieri ruptura vsqꝫ ad anum. Et illud maxime
contingit in mulieribus pinguibus quia pinguedo earum facit
strictum et artum meatum.

Sed circa que dicta sunt dubitatio oritur omnibus mira

bilior scȝ vnde veniat puero iacenti in matrice nutrimen-
tum cum matrix sit vbiqȝ clausa· Juxta qđ notanduȝ ꝙ
quando fetus est clausus in matrice virtute naturali in ta
li cōplexione occulta. primo inter om̄ia nascitur quedam
vena que perforat matricē· et a matrice procedit vno tra
mite vsqȝ ad mamillas modo quādo fetus est in vtero tūc
indurantur mamille mulieris quia tūc substancia mēstrui
fluit ad mamillas ꝓpter clausuram matricis et ideo sub-
stancia menstruosa fortiori decoctiōe decoquitur· et vsqȝ
ad colorē lactis dealbatur et illud lac mulieris vocatur et
sic illud primo modo decoctū mittitur per talē venam ad
matricē·et ex hoc fetus nutritur tanꝙ de ꝓprio et natura
li nutrimēto· Et hec est vena que in exitu fetus ab obsti-
tricibus abscinditur in vmbilico · et ideo videtur in puero
nouiter nato ꝙ vmbilicus eius sit ligatus cum aliquo fi-
lo ne aliquid exeat de corpore eius per hanc venā que ab
scisa est a matrice in vtero mulieris et pendēt in vtero ma
terno cum pendicula ex parte matricis annexa·

Dicantor mouet vnū dubium vt patet in textu. Nota fm
Aristo. in v. metha. tunc ista vena et vmbilicus debent esse ad-
nascencia vel cōnascencia quia matrix mulieris et vmbilicus pu

cri cõiungũtur mediante illa vena ita q̄ cibus transit a mamil-lis mulieris ad vmbilicum mediante illa vena. Nota vmbili-cus directe est in medio corporis in hoĩe bene formato vt me-diante ipso cibus equaliter influatur oĩbus mẽbris et mamil-lis mulieris. Et dicitur vmbilicus ab vmbo onis. q̄ est medi9 pars clipei et icos custos quasi custos vmbonis medij in corpo re. Dubiũ est quare in mulieribus mamille sunt supra et in alijs animalibus infra. Respondetur causa est duplex. Prima si ma-mille mulierũ essent infra impedirẽt transitũ ideo natura sagax sic ordinauit. Sed vacca capra et alia animalia habent quatuor pedes ideo mamille non impediũt transitum. Secunda causa quia in mulieribus a corde dependet calor Et ille calor extẽdit se vsq₃ ad mamillas ideo habent eas in pectore iuxta cor. Sed in brutis maxime dependet calor ab epate. Et ideo influitur ca lor ad mamillas ideo sunt infra. et ideo sic etiã melius mulgent et lactantur a fetu. Diceres quare viri non habent mamillas. ideo quia viri nõ paciuntur menstrua et non nutriũt pueros. et ideo non est necessariũ eos habere. Sed habent sũme paruas si-cut mulieres habent testiculos valde paruos. Vtrũ melius va lerent parue mamille q̄ magne. Dicendũ est q̄ mediocres sunt melius valentes. Vnde magne non sunt vtiles quia in ipsis est calor diffusus hinc inde et nõ habent multum de calore et ibi est mala digestio. Etiam parue non valent quia ibi est modicũ nu trimentũ. Nota q̄ fetus in vtero scd̃m nutrimentũ disponitur. et ideo mulieres impregnate prohibẽtur vt caueãt se a fortissi-mo potu sicut est vinũ forte quia non possunt bene digerere illũ potum. et potus fortis non competit fetui cũ adhuc ipse sit mul tum tener et debilis.

Sicut dicit aristotiles ij. phicorũ q̄ sicut peccatum est in natura sic etiã est in arte et huiusmõi declaratio multũ va leat ad manifestationẽ intenti. vñ sciendũ q̄ monstra siue peccata in natura vocantur illa indiuidua alicuius speciei que in aliqua parte corpis cursũ cõmunẽ illius speciei exce

dunt sicut cõtingit videri in hoĩbus habẽtibus nisi vnũ pedẽ vel tantũ vnã manum et sic de aliĳs· Istud autẽ miraculũ accidit multis modis· aut eñ ex diminutiõe materie aut ex superhabundãcia· Ex diminutiõe vero cõtingit pluribus modis· Primo mõ diminutio attribuitur materie in se et tunc cũ membra principalia puero debẽt formari natura sagax et ingeniosa facit vt cõplecius põt Et istis dispositis ad formationẽ ceterorũ mẽbrorum studet et ibi ex materia quã habet facit qd̃ potest et format partẽ diminutã quãdo diminutio est in materia et ideo cõtingit error Et ideo cõtingit caput aliquãdo esse maius q̃ natura requirat illius indiuidui particularis sic generati·

Hic autor requirit intentum suũ de modo generandi monstra adducit similitudinẽ Et vult q natura assimilatur arti quia ars primo format et edificat bonũ fundamentuz . postea studet edificare super illud fundamentũ. si tunc natura prius membra principalia et magis necessaria format. scz cor epar cerebrum et testiculos et postea minus principalia sicut manus pedes et brachia Et si defectus est in materia tũc melius ẽ esse magis principalia q̃ minus principalia. Nota duplex est natura. quedam intendens. alia ꝓducens. modo natura intendẽs nõ errat quia q melius est semper intendit. Sed producens quãdoqz errat sed hoc est ex parte habundãtis vel deficientis. ita q monstra fiãt scd̃m defectus dupliciter. aut scd̃m quantitatem discretam sic q quandoqz vnus generatur cum vno pede vel cum quatuor digitis in vna manu· Aut scd̃m quantitatem continuam sic generatur aliquis cum minimo capite. vel cum minima manu.

Si per habundanciam fuerit hoc etiam est dupliciter. aut scdm quantitatē discretam sic quādoqʒ generantur homines habentes duo capita vel sex digitos in vna manu et sic de alijs. Aut scdm quantitatem cōtinuam sic generatur aliquis cum maximo capite preter cursum cōmunem illius speciei. Nota monstrū dicitur. eo ꝙ monstrat se videntibus quia omnes diligimus videre monstra propter āmirari. vnde monstra sunt sic intenta a natura per accidens et non per se vnde si natura non posset perficere siue producere quinqʒ digitos in manu produceret quatuor vel tres scdm exigenciā materie. Di. quare tunc fiunt monstra ad hoc dicunt phi ꝙ fiunt ad exornationem et decorationē vniuersi. nam dicunt sicut diuersi colores in pariete existentes decorant ipsum parietem. Sic etiam diuersa monstra ipsum vniuersum exornant mundum. Item monstra eciam maxime fiūt per influencias celestes quia quandoqʒ regnat specialis cōstellatio Et ab illa diuerse figure influūtur. Vnde expertum est ꝙ generati sunt duo gemelli ramifici in dorso habentes distincta capita vel membra et distinctas manus et non pedes.

Iuxta qđ notandū ꝙ ꝯm intentionē phi omē mixtū consurgit ex quatuor elementis· et ideo qđ est nature ignee cadit in suū simile· et ꝙ est de natura terre cadit in suū simile et sic de alijs. Ex isto vnus crederet et opinaret me velle dicere ꝙ elementa formaliter essent in mixtis hoc enim est contra intentionē phi· i· de gene. vbi vult ꝙ solum virtualiter sint in mixtis modo ex istis possibile est aliquādo semē habere ꝓportionē diminutā ex parte alicuius impedimenti specialis vt si ex parte terre fuerit contingit diminutionem fieri in ossibus eo ꝙ ex ea radicaliter formantur.

Hic declarat dictum suū scdm intentum phi. i. de gene. Nō

opinionem autoris quod elementa maneant in mixtis virtualiter Ita quod ex elementis corruptis generatur forma mixti in qua reservantur qualitates elementorum sicut videmus in mellicrato quod ē mel et vinū virtualiter sed non formaliter illud probatur quia elementa sunt contraria illa autem in eodem fundari non pñt vt est mens Aristo.in iiij.phicorum et autoris sex principiorum scz gilberti porritani et aristo.in post predicamentis et petri hispani et boecij in libro de diuisionibus. Item elementa sunt corpora distincta non cōpaciencia se in qualibet parte mixti. ideo virtutes eorum non manent.

Est igitur notandum quod monstruositas nō solum ex parte materie contingit sicut nūc dictum est. Sed etiā aliquādo ex malitia matricis que si fuerit lubrica et vitiosa vel malitiosa totum semen nō retinebit. sed dispergit aliquādo antequam totum semen in massā colligitur tūc vita occupatur et matrix clauditur et sic modicū seminis recipit a quo debet formari fetus Et illud habz speciales modos sub se qui plures sūt sed de his narrare longū esset et ideo hic obmittātur et ad monstruositatē multū operatur inordinatus coitus ex eo quod aliqñ masculus est in coitu cū femella si tūc masculus tpe coitus inordinate iacet cū femella monstrū facit in natura. Narratur enī de quodā qui lateraliter iacuit tpe coitus et femella generauit puerū in vno latere curuū et in pede claudum. Et causa huius ex inordinatione coitus processit.

Hic ostendit aliū modum monstruorū siue monstruositatis vnde matrix quādoqꝫ est causa monstruositatis vt si fuerit lubri ca. vnde lubricum dicitur illud quod nō potest retineri sicut ang uilla vel aliquid aliud tale. Itē coitus inordinatus et vehemēs maxime est cauendus propter fetū debite producendū ne semen peruerse recipiatur in matrice. Et nota ꝙ pro tanto coitus stādo est irregularis in natura ꝙuis rudes nō curant quia semen ita de bite recipi nō potest sicut debet. Ex illo patet ꝙ multa sūt pecca ta que non solū peccant in lege sed etiam in natura. quia natura debite intendit producere.

Aliquādo vero peccatū naturale cōtingit ex superhabun dācia materie que diminutiōi opponitur sic ꝙ multe tortu ositates et thumores apparent in mēbris Et huius est ra- tio quia si natura facit illud naturaliter pōt scꝫ aliqn̄ duo capita aliqn̄ duos pedes quorū vnꝰ est multū maior alio et aliqn̄ facit gibbosum in pectore quandoqꝫ in dorso.

Hic ostendit quomō ex superhabundācia materie fiūt mon stra vbi vult pro sentencia si semē nimiū in habundācia sit infu- sum et quia matrix est clausa et quia tūc eius tota materia trās- mutatur in materiā fetus et si tunc pars ex qua debet fieri fetus caput est nimis habundans tūc fiunt duo capita vel tria et sic de alijs partibus alijs membris deputatis.

Sed omibus mirabilior est effectus quē albertus recitat de vno cui nata fuerūt duo mēbra libidinis vnū ex parte viri aliud ex parte mulieris ita ꝙ potuit succūbere. id est subiacere et incūbere. i. actiue coire. Et causa huius origi naliter trahitur ex superhabūdācia materie quia materia fuit principiū sufficiens generandi vtrūqꝫ membrorum.

Hic autor ponit mirabilē euentū de hermofroditis Et reci
tat albertus ꝙ vidit vnū hermofroditā qui vtrūqꝫ membrum
habuit et potuit agere et pati non quodamodo in se ipsū sed re-
spectu alterius viri vel mulieris et hoc prouenit ex eo ꝙ mate-
ria fuit tanta ꝙ vtrūqꝫ membrū fieri potuit. Et membrū virile
semper est superius et femineū inferius . Quare natura nō pro
ducit duo membra virilia vel duo feminea Ratio est quia na
tura de cōtingētibus facit qđ melius. sed melius est sic ordinari
quia alterū semper superflueret si faceret duo virilia et duo fe-
minea. quia quitquid vnū faceret hoc etiā alterum. preterea nō
ꝙ sepe accidit ꝙ generatur gallina que habet membrū indispo
situm ad coitū ita paruū sicut gallus et illud prouenit ex defectu
materie. Itē si contingit ꝙ generatur femella sine apparēcia mē
bri mulieris tunc pellicula est supra posita ꝙ oportet remoueri
Nota si hermofrodita magis apparet in specie viri sic se tene-
bit in tali specie. Si autem in specie femelle tunc iterum se sic te
nebit. et licet sibi ambo opera exercere scđm precepta et leges
et sic de alijs.

Et nota scđm auicen. si semē cadit in latere sinistro matri-
cis generatur femella. Si in dextro generatur masculus.
Si in medio hermofrodita participās naturā vtriusqꝫ. s.
masculi et femelle. Et a viro tanqꝫ a digniori recipit speci
em scđm naturā licet hee nature ambe fiāt in ipso. recitat
n: Alber. de quibusdā gemellis quorū vnus habuit in de
xtro latere virtutē et vbicūqꝫ portabatur a parte illius late-
ris aperiebātur oēs sere et clausure Et alius habuit vir
tutē in sinistro ꝙ vbicūqꝫ portabatur fuerūt clause q̄ pri⁹
fuerūt apte. Et loquor de aptiōe serarū in ostijs domorū
et cā hui⁹ nō puenit ex materia sed ex speciali cōstellatiōe

celi et nō solum ex constellatiōe speciali sed eciā ex specia li materie dispositione ad talem effectū quia actus actiuorum sunt in materia bene predisposita.

Hic autor ponit vnum notabile et satis patet in textu. Nō in latere dextro est maior calor ꝙ in sinistro. Cor enim iacet in sinistro et influit calorem in dexterum. Et ideo in dextro generantur masculi gracia caloris. et ideo dextra pars corporis est forcior et figurosior ꝙ sinistra vnde a dextro fit motus. scđo celi vñ dexter pes est modice maior sinistro et similiter de manu dextra et sic de alijs. Item alio modo patet quomō fiat generatio duorum ramifactorū in dorso quia quādoqʒ contingit semen recipi in duabus cellulis matricis. et tunc potest contingere ꝙ pellicula diuidens cellulas corrūpatur et tunc coniūguntur illa semina in dorsis et habent distincta capita et distinctas manus et distinctas animas. et debent baptisari pro duobus hoībus Nota virtus celestis mirabiliter operatur et occulte in inferioribus Vnde possibile est de duobus gemellis ꝙ virtus celestis respicit gemellū in latere dextro scđm talem virtutem scđm ꝙ influit sibi virtutem aperiendi seras sine contactu quia ista pars dextere lateris forte alterat aerem et ille vltra seram vsqʒ ad apericionem Et que sic se habent sepe sunt fures quia seras possūt aperire. Nota diuersitatis est hec causa quia scđm ꝙ virtutes celestis inuenit materiam dispositam sic operatur in illam.

Et nullus credat ꝙ que dicta sunt sint ficta quia in simili cōtingit videri in lapidibus quibusdā in quos specialis cōstellatio agēs imprimit speciē et formā hoīs vel alterius speciei ſm exigenciā agētis sicut visū est sepe qñ lapides diuidūtur qđ fit ex cōstellatiōe speciali. Et nō est mirū in gemellis cū eciā in quibusdā alijs accidat vbi est possibile inuenire. et oēs modi speciales in monstris possūt reduci

ad duos modos principales scz propter inobedienciã mate‑
rie vel sufficiécia materie scdm auicen· in ij· metha· Et per
inobediécia intelligo indispositioné quãdo materia nõ est
bene disposita tunc nõ obedit agenti· Et per insufficienciã
intelligo domiatiõz vel impediméntũ ex pte ipsius matricis

Hic autor respondet tacite questioni dicens. Di. ergo aliqs
hec sunt ficta que ponũtur hic. et dicit hoc non credatur. Nota
mediante virtute celesti in lapidibus multiplex est virtus vnde
albertus recitat q in colonia in quadam fenestra vidit quendã
lapidem habentem speciem regis. Et tunc debuit nasci magn⁹
rex vnde in multis lapidibus vultus humani figurãtur. Et p
illos lapides fiunt diuerse medicine· Vnde si quis sole existente
in piscibus insculperet speciem piscis in lapide ille posset cõuo‑
care omnes pisces in aqua. Et hoc est tempore determĩato vñ.
halij in centilogio ptholomei recitat diuersa signa et miracula
de inscriptione lapidum.

Et si aliquis diceret et argueret sic si monstra possét fieri
sequeretur q natura posset priuari fine· quia semper inten
dit agere regulariter Dicendũ ſm Auicen· q nõ est possi
bile ex parte particularis nature omné materiã ad suũ fi‑
né amoueri nec eciã est concedendũ q priuatiões suarũ ac
cionũ habeant fines· et ideo de egritudine et morte non est
instancia quia hec nõ sunt intéta a natura particulari sed
ab eo qui hanc regit. Et illa appellata est intellijencia ſm
manifestationé phorum qui digne locuti sunt de natura·

Hic ponit obiectionem seu instanciam et soluit in textu. Pro

quo nō regulariter intendens producere potest impediri per naturā particularē Et ideo patet ꝙ monstra nō sunt intēta a natura nisi valde per accidens. Item natura particularis nō intēdit fines priuationū quia videt melius esse ꝙ non esse Sed deus et natura celestis que oīa sciunt optime disponere et vocat intelligencia nō errans. vii. ex. i. celi oīs mors corruptio egritudo et infirmitas sunt preter naturam.

Ntentio nostri sermonis ad presens sufficiat. vt nūc presens doctrina magis cōplete habeat notāda sunt signa cōceptiōis que sūt plura. Primū est ex parte coitus. Si fuerit in coitu cū viro post coitum sentit frigus et dolorē in cruribus. signum est ꝙ concepit.

Hic autor determinat de signis cōceptionis. Ratio primi signi quia quando mulier cōcipit tunc calor naturalis concurrit pro formatiōe fetus ideo relinquitur frigus in membris Et hoc videmus in simili quia quādo homo comedit post hoc patitur frigus quia calor naturalis trāsit ad stomachū alterando cibū ideo non est studendū post prandiū Sed prius modicū labora vt calefias et sic digestione confortata studeas quia tempore studij spiritus vitales cōcurrunt ad cerebrum ipsum iuuando. Illud enī patet in febricitantibus qui habent in stomacho humores grossos quos calor naturalis intendit digerere et vadit ad stomachū ideo paciūtur frigus febricitantes. Et calore recedente a stomacho paciuntur magnū calorem.

Aliud signum si mulier paucum semen emittit vel nullū signum est ꝙ concepit.

Hic autor ponit secundū signū conceptionis vt patet in textu. Et assigno rationē quia matrix clauditur et nō permittit semen transire et recedere. Nota ꝙ iuuenes mulieres que maxime delectantur in coitu possunt emittere et non concipere. Sed hoc non est de senioribus. Item tempore coitus et cōceptionis natura retinet semen ad intra.

Uir existens in coitu senciat virgam suam attrahi et sugi quadam clausura ex parte vulue mulieris.

Ratio istius tercij signi est quia quando mulier concipit tūc vulua sugit quasi virgam virilem. et ꝓpter delectationē matris cōprimitur et quasi claudit virgam virilem.

Aliud signū si mulier post coitū appetit continue coitū hoc est verū in quibusdā quia quedā mulieres sūt que magis cōcupiscūt qñ cōcipiunt vt visū est prius in vna questiōe.

Circa quintum nota ꝙ post impregnationē menstrua instigāt ad coitū Et maxime delectatiōis memoriā quā prius habuerūt

Aliud signum si menstrua non currunt post coitū scdm modum solitum et fit scintillatio in ore matricis signum est ꝙ mulier concepit.

Ratio istius signi est quando mulier cōcepit tūc menstrua cōuertuntur in nutrimentum fetus. s. in lac et fit scintillatio in ore matricis propter calorem Et tūc fit dolor in cruribus quia spiritus sūt clausi in matrice qui trāsiūt ad crura et vegetāt crura

Item aliud si color faciei vltra morez solitum est mutat⁹ vnde libenter solent esse rubee post conceptionem gracia caloris. Item si aliena cibaria concupiscunt tunc carbones nunc poma non matura seu cerusa signum est conceptionis.

Causa huius signi est quia post conceptionem multi humores grossi indigesti ascendunt cerebrū et illi mouent appetitum aliquorum similium quia si sint calidi valde humores tunc appetunt carbones. Si sint valde frigidi et humidi illi humores tunc appetunt pira aut poma non matura et similia quia omne simile applaudat suo simile.

Nunc videnda sunt signa vtrũ masculus vel femella sit in vtero Et hec sũt signa vera que sequũtur· q̇a tpe cõceptiõis masculi color faciei est rube⁹ et leuis mot⁹·

Hic autor ponit sex signa in numero vtrũ masculus sit concept⁹ vel femella. Rõ illius pmi signi est quia color rubeus est signum magni caloris. Et sic est calor magnus in matrice tunc virtus est sufficiens ad masculum. Et tunc mulier leuiter mouetur quia calor est principium motus.

Aliud signum si venter tumescit in dextra parte et rotundatur signum est masculi·

Ratio illius secũdi signi est quia in dextra parte iacet masculus tanq̃ in parte fortiori et calidiori. Et tũc venter rotundatur quia extenditur et ampliatur.

Aliud signũ lac fluens de mamillis est spissum et bene digestũ ita q̄ si ponatur supra aliquod corpus bene pollitũ et tersum non diuidatur sed partes constabunt et non fluant signum est masculi·

Causa huius signi est quia illud lac calor indurauit et cõpressit in spissando vnde calor habet multa opera. facit em̃ rem duriorem et subtiliorẽ et corrumpit humidũ et inducit siccum.

Aliud signũ si lac mulieris impregnate funditur super eius vrinam si petit fundum directe hoc ẽ perpẽdiculariter signum est masculi·

Causa huius quarti signi est si petit fundũ directe hoc est signũ q̄ bene est induratũ et inspissatũ a calore naturali. Unde perpẽdicula est linea latamorũ recta cũ qua perpendunt et cõsiderant longitudinem rei et constituũt duos angulos rectos supra basim supra quam cadunt.

Item si sal positum supra caput mamillaru; non liques-
cens signum est masculi.

Causa huius quinti signi est quia si mamille sunt calide tunc ille calor facit constare sal. vnde sal gracia caloris constat in partibus. Vnde sal generatur ex aqua grossa et multū bulita ita ꝙ specialis aqua est ad sal. vnde calor ignis extrahit de aqua subtiliores partes et illas partes facit exalare et tunc remanēt ibi partes terrestres humidiores et grossiores et ille per calorem constant et huius signū est ꝙ tempore pluuiali sal liquescit in scutella. Vnde si sal debet resolui in materiam et formā resoluitur in aquā et sic dissoluitur ideo si sal ponitur ad ignem incipit corrūpi et salire quia contrarium ibi inuenit.

Aliud siguū si mulier prius mouet pedē dextrū signū est masculi. Ecōtrario modo si femella est cōcepta tunc mulier ē grauis et pallida et vēter ē oblōgus in dextra parte et in sinistra rotūdus et lac magis erit indigestū liuidū et aquum et fuscum supra corpus pollitum diuiditur pars eius a parte. Itē aliud experimentū qd̄ scio esse verū et expertū si aliquis scire voluerit vtrū mulier sit impregnata vel nō det ei bibere mellicratū si tūc sentit pūctiōes circa vmbilicū tūc cōcepit. Si autē nō senserit minime cōcepit Mellicratū autē vocat̄ potio que fit ex aqua et melle. et fit per hūc modū ꝙ accipi dn̄t duo cocliaria de aqua. et vnū de melle tali ꝓportōe et misceat̄ in simul et detur mulieri ad potandū Et forte mulieres astute dicerēt oppositū et ḡ qn̄ aliquis vult experire nō debet dicere de impregnatiōe. Et

si ipsa conquerit̄r dolorē capitis vel alterius partis vt se pe solēt facere Tūc homo debet dicere illud valet cōtra ta lem dolorē et tūc de mane deb3 dicere nōne doluisti in alia parte Et sic circa vmbilicū dicunt tunc iudiciū conceptio onis in isto iudicatur.

Hic autor ponit bonum signū simplicis conceptiōis et expe rienciā verā que patet in textu. vn̄ nota q ratio istius experimē ti est quia mel obstruit neruos et venas et ex illo generatur do lor circa vmbilicū Item illud dulce est insanū quia omnis ping uedo dulcis est mala et pisciū est pessima ꝓpter viscositates vn̄ dulce supernatat in stomacho. Sed quia tunc calor stomachi ꝓ pter fetum est debilis ideo ꝯsumpto mellicrato mulier dolet cir ca vmbilicum.

Post hec notanda sūt signa corruptiōis. Juxta qd̄ notā dū q aliqn̄ v̄gines grauiter corrūpunt̄ ita q earū vulua multū ampliatur quia membrū virile est nimis magnum et ineptū Aliqn̄ autē econuerso q mulier tā amplā habet vuluā ita q vir sine dolore sui membri coit. Et causa do loris mulieris est q2 quedā pellicula inter vuluā et phesicā rūpit̄. Et quāto plus coeūt tāto pl9 in tali ludo fortificāt̄.

Hic autor exequitur de signis corrupte castitatis et satis pt3 in textu Sed extra textum est aliud signum quia vulua mulieris semper est clausa sed virginis semper aperta stat. ideo virgo al cius mingit q̄ mulier. Nota si vis experire vtrum virgo corru pta sit. puluerisa flores lilij crocei qui sunt inter albos flores. et da ei cōmedere de illo puluere si est corrupta statim mingit. Ite3 fac eā mingere super quandā herbā que dicitur papel de mane si fit sicca tūc est corrupta. si autē virgo est manet viridis et nō est corrupta vel accipe fructū lactuce et pone ante nares eius si tūc est corrupta statim mingit.

Signa castitatis sũt hec· pudor· verecũdia· timor cũ casto incessu et loquela et cũ respectu applicãt se viris et virorũ actibus Sed quedã ita astute inueniũtur ꝙ omĩbus istis obuiare sciũt et tũc homo dʒ se cõuertere ad vrinã qꝛ vrina virginũ est clara et lucida qñꝙ alba qñꝙ glauca · Si vero fuerit aurei coloris clara et põderosa animũ coeundi signat.i· appetitũ· Corrupte eñ mulieres habẽt vrinã turbidã per fracturã pellicule precedẽtis ·et sperma viri appa ret in fundo vrine talis mulieris· Sed in mẽstruosis vrina est sanguinea·et in tali mẽse qñ patit habet oculos aqueos et alterius coloris in facie et abbominationẽ patit id cibo Et ideo sibi quisꝙ caueat nec coeat tunc cum eis:quia nociuũ est· vñ prudentes mulieres sciunt se tũc custodire et seperãtur a viris per tpus fluxus menstruorũ·

Hic.a.exequit de signis castitatis. Nõ vrina virginũ est clara quia ipse sũt calide et bñ digerũt et ideo vrina que trãsit per loca digestiõis sumit ibi calorẽ vñ coloratur in renib⁹.Et dʒ capi vrina post somnũ primũ quia tũc facta est digestio, et debet videri ꝙ vrina per accñs nõ sit variata scʒ morbo vl' nutrimẽto grosso· No.in vrina sũt tres regiones scʒ superior vbi cõsiderantur mẽbra·superiora scʒ cerebrũ et caput. Scda in medio vbi cõsiderãtur mẽbra media.s.renes et cor. Sed tercia est inferior vbi cõsiderãtur testiculi lumbi et matrix.ideo dicit littera sperma semper apparet in fundo propter suam grauitatem. Nota quando mulier est menstruosa tunc humores ascendunt ad oculos. quia oculus est pars porosa corporis et cito est passibilis. Et tunc mulier pallet in facie. et ipsa patitur abbominationem cibi quia nõ cupit propter infectionẽ cerebri et olefactionẽ.

Et tunc est nociuū cum eis coire. quia illi que tunc concipiūtur inclinantur ad morbum caducum et ad lepram. quia talis materia est valde venenosa.

Est autē notandum ꝙ mulieres antique in quibus menstrua fluūt et quedā in quibus menstrua sunt retēta si inspiciunt pueros in cunis iacentes intoxicant oculos eorū causa huius in mulieribus apparet quibus mēstrua fluūt quia tēpore fluxus humores qui mouētur per totū corpus primo inficiūt oculos et oculis infectis aer inficitur et tūc aer ille inficit puerū et illud est de intentiōe phi in de somno et vigilia. Causa autē quare antique mulieres quibus nō fluūt mēstrua inficiūt pueros est quia retentio mēstruorū facit habundanciā malorū humorū. Et quia mulieres antique sunt deficientes in calore naturali naturante et digerente talē materiam. et precipue si fuerint pauperes sic ꝙ nutriūtur a cibo et nutrimēto grosso qđ operatur ad talē materiā infectam. Et ille mulieres plus inficiūt quia menstruū hoc cedit ad purgationem nature.

Hic autor ponit quoddā notabile vtptz manifeste in textu. Nota humores mali exiūt per oculos pocius ꝙ per aliud mēbrum quia oculus est aqueus ex ij. de anima. qđ ptz si cōprimitur lacrimatur. et ideo mulieres multū lacrimātur quia habēt multum de humido qđ petit exitū. Et qñ oculus sic est infectus tūc inficit aerem tangentē oculū et ille vltra inficit aerem ꝓpinquū ille aer iterum aliū aerem vsqꝫ peruenit ad obiectū ibi fit reuer

beratio mali humoris ille primo operatur quia omnis actus fit cum resistencia aliqua quia illa infectio fit circualiter quia si nõ tunc solum mulier inficeretur scdm vnã differenciã loci positionis et non scdm omnẽ. Nota pueri sunt debiles et tenuis nature. ideo pueri faciliter intoxicãtur. Toxicũ est venenũ qd fit de toxo de tali arbore amarissima. et cuius succo gustato aues moriuntur. Nota q ideo oculus mulieris faticinãtis proiecit camelũ in foueã ita q illa pessima mulier tantũ cogitauit de malis q quidã humores mali generabãtur in spiritibus eius et illi exiuerũt per oculuz et illos volens camelos effugere cecidit in foueaz Et illo modo basiliscus inficit videntẽ ipsum quia venenũ emittit et si poneretur speculũ ad quod verberarẽtur humores ad oculũ basilisci tunc ipse met moreretur vel interficeretur Nõ si aliquis quereret si mulieres sũt venenose quare nõ intoxicãt se ipsas Dicendũ q venenũ non agit in se. sed in aliud cui obicit cum ergo mulieres naturaliter sunt intoxicate ergo non intoxicãt se ipsas. Alia causa est quia sunt cõsuete vñ Auerrois in prologo tercij phicorum quedam erant consuete comedere venenum ita q erat earum cibus.

¶ quia dictum est de menstruo. Igitur ad menstruorũ locũ procedamus id est ad matricẽ et videamus quot accidencia sunt circa ipsa. matrix enim mulieris sepe patitur suffocationẽ. Suffocatio eñ apud medicos vocatur cõpressio spirituũ vitaliũ ex vitio matricis egressa Et impeditur anhelitus in muliere. et illud euenit quãdo matrix de proprio loco tollitur: tunc ex frigiditate cordis superueniẽte. tales mulieres quãdoq paciũtur sincopim id est cordis debilitatẽ. Aliquãdo vero alique vertiginẽ in capite paciũtur. Galienus eñ magnus in medicina narrat de quadã muliere suffocationẽ matricis

paciente ꝙ ex illa causa tantū paciebatur ꝙ nō potuit lo
qui et cecidit quasi mortua esset quia nullū signū vite ha
buit et vocati sunt medici plures qui vidētes ipsā et cau-
sam ignorātes dixerūt eā veraciter esse mortuā· Galien⁹
autē superaduenieus causā cōsiderauit et mulierē a passi-
one illa liberauit· Hec autē egritudo cōtingit in mulierib⁹
ex eo ꝙ habūdat in eis menstruū corruptū et venenosū et
ideo bonū est ꝙ tales mulieres quecumqꝫ fuerit siue iuue
nes siue antique sepe viris remediisqꝫ vtantur vt materia
talis expellatur· et expedit in iuuenibus quia in eis habun
dat humidū et hec est causa quare iuuenes mulieres quan
do incipiūt coire multū impinguātur anteꝙ concipiūt· et
curā de pueris minime habent quia cura· vt dicit phs in
de secretis secretorū facit multū senescere ꝙ nō videtur in
illis· Ille enī iuuenes mulieres quando multū habundāt
in tali materiā multum appetunt coire ꝑpter materie ha-
bundanciam· Et ideo peccatū est in natura illas retrahe-
re et coitum prohibere ad illū quē diligit ꝙuis sit peccatuꝫ
in moribus de quo nihil ad propositū· Audiui in cōfessi
one societatis ab vno inquirere causā a me quare hoc esset

quando ipse dormiret cū sua dilecta iuuēcula & tunc ipse coitu finito inueniret ventrē suū vsq3 ad vmbilicū cū san-guine perfusū et timuit multū causam ignorauit et non fu it ausus se retrahere a iuuēcula ꝓpter amorē magnū inter eos. Et ideo quādoq3 fluxus menstrui prodest mulieri. et quādoq3 nocet scd̄m ꝙ materia magis vel minus habun-dat. Et ille fluxus nō fuit menstruorū sed seminis in coitu fluentis ꝓpter habundanciam mulieris.

Hic autor exequitur de impedimentis cōceptiōis. Nota suf focatio matricis ꝓuenit ex eo ꝙ matrix tollitur aduersus cor et tunc magna frigiditas se extendit ad cor sic ꝙ cor patitur sinco pim. et dicitur a sin qd̄ est con et copos incisio quasi cū incisione sine debilitate cordis et alio nomīe dicitur extasis. Et illa passio maxime accidit viduis que prius habuerunt viros et iā non ha bent vnde menstrua earum corrūpuntur in matrice et generan tur grossi humores qui in corde generant debilitates. et ideo ip sis multum valet coitus.

Nunc autem de impedimentis conceptiōis aliqua tanga mus impedimēta conceptionis plura sunt. quia impedi-mentum quādoq3 cōtingit ex nimia humiditate matricis qn̄q3 ex frigiditate. qn̄q3 ex siccitate. qn̄q3 ꝓpter nimiā pin guedinē corpis q2 pinguedo circūuoluta orifitio matricis cōstringit ipsā et nō permittit semē viri intrare. vnde cog nitio hui9 est de muliere cui9 renes sūt sepulti et occultati in pinguedine ex omi pte ille em̄ mulieres si in coitu semē

recipiunt nō potest intrare matricē· et sic eiciunt ipsum cū eiectiōe vrine. et ideo breuiter si post coitū vrina talis mulieris videatur manifestū erit ꝛ si semē viri in matrice eius sit collectū vel nō· si sic tūc vrina eius est immūda ꝓpter cōmixtionē cū viro· Si vero nō tunc iterū apparebit et qn̄qꝫ apparebit· ꝙ vrina nō totaliter eicit illud semē quia si sunt calide tūc sua caliditate exalāt· Sunt etiā quedam mulieres que ita tenues et lubricas habent matrices ꝙ semē intus nō potest retineri· Sꝫ ex multis alijs causis illud euenit de quibus ad presens nulla fit mentio·

Hic autor ponit quedā notabilia vt patet in textu. Nota si semen viri et mulieris nō sunt proportionata in qualitatibus ꝑmis.i.in calido et humido tunc talis conceptio impeditur principaliter quia agens et paciēs debent esse ꝓportionata ex secūdo de anima subiecta armonia.i.sub certa et determīata cōbinatiōe vnde quodlibet non agit in quodlibet vel quodlibet non fit ex quolibet.i.de generatiōe.

Et est etiam notandum ꝙ sepe conceptio ex parte viri impeditur· ita ꝙ semen eius qđ emittit est nimis tenue sicut aqua ita ꝙ si matrici infundit tūc liquitate sua elabit· Et etiā qn̄doqꝫ accidit ex frigiditate testiculorū vel siccitate et illud semen scđm doctrinā medicine ad generationē est incōueniens· Sed dubiū est cuius sit causa in defectu cōceptiōis: Juxta qđ notandū ꝙ isto modo scitur an ex par

ce viri vel mulieris sit defectus. Accipiantur due olle et in vtrāq₃ vrina mittatur viri in vnā et mulieris in aliam et ponatur in vtraq₃ furfur tritici. Et talis experimenta tor diligenter obstruit ollas per nouē dies vel parum amplius et si cōtingit ex vitio viri defectus tunc inueniet quosdam vermes in olla viri et cacabus debet supra poni vel inuenitur rana fetida vel cantabra fetida. Si vero ex vitio mulieris inuenit in olla suū menstruū. Si ex vtriusq₃ vitio in vtraq₃ olla aliquid predictorū inuenitur.

Hic autor ponit vnū notabile vtptz in textu. Nota si vis bene examiare accipias aliquod de spermate viri et ponas in aquā et si tendit ad fundū signū est q̄ semen viri nō est in defectu conceptionis. glosa quia est bene digestū et spissum ideo petit fundum. Nota q̄ mulieres que sepe coeunt ꝓpter delectationē ille generant fetus debiles ergo abstinete a coitu tunc generabitis fortes pueros et homines quia semen est satis forte. Et vnus frater potest cōuenienter esse fortior alio. Vn̄ nota causā experimenti quia si semen viri est nimis tenue tunc cito conuertitrr in vermes et nō habet virtutē resistentē actiōi corporis celestis. vnde ista humiditas que in fundo nō est densa et bene indurata cito alteratur. Nota si mulier biberet per tres dies saluiā coctam cū vino tūc nō cōciperet in vno āno. glosa. q₂ saluia est frigida. Itē comedat apem et nunq̄ concipiet. et ergo ex illis cōcludo q̄ mulieres sepe coeunt similiter viri ꝓpter magnā delectationē quaȝ habent ad inuicem quia vulua in se cōtinet magnā dulcedinem viro. Sed tamen de illis non multū dico ad presens q̄uis bene multa dicere vellem sed hoc non facio. quia aliquis socius qui hoc legeret sensibus priuari posset quia nos multa facimus propter mulieres et propter dulcedinem quā habent in eorum mēbris scȝ in mamillis vulua facie et sic de aliīs vt videtur in toto corpore earum.

I quis igitur velit mulierem iuuare vt impregne

tur et maſculũ concipiat· Accipiat matricẽ leporis et inteſtina eiuſdem et faciat deſiccari· Et in puluerem redigat; et illud mulier bibat temperatũ cũ vino· et ſimiliter faciet cum teſticulo leporis· et hoc in fine menſtruorũ et cũ viro ſuo coeat et cõcipiet maſculũ· Itẽ accipiat epar parui porci et teſticulos et deſiccat· et etiam redigat in puluerem. et dat in potu maſculo et mulieri et maſculus ſi prius impotens fuit ad generandum generabit et mulier que non potuit concipere concipiet;

Capitulum aliud in quo autor docet quomõ mulier debet iuuari vt concipiet et maxime vt concipiat maſculũ. Nõ matrix leporis et inteſtina ſi deſiccãtur et pulueriſantur fiunt multũ calida Similiter epar porci in ſe eſt calidum et ſic generabũt calorẽ ſufficientẽ ad conceptionẽ. Et carnes porcine ſũt valde bone vtilitatis. Et ſũt ꝓhibite iudeis quia vnus iudeus mutatꝰ fuit in ſuem et nolunt comedere matrẽ ſuã ſiue porcinas carnes. Et eſt alia cauſa naturalis quia debent vti frigidis cibarijs per que calor eorũ extinguatur a calore xp̃ifideliũ. Nota illud debet fieri in fine menſtruorũ quia tũc matrix eſt ſicca et quodamõ calidior per receſſum menſtruorũ frigidorum. Item ſunt alia experimẽta mulier accipiet cãphorã herbam pulueriſatam bibẽdo cũ vino. et concipiet Itẽ vrina viri bibita impedit conceptionẽ Item ſi accipiat vuluã leporis et pulueriſet cũ melle liquido et accipiat cor thauri et illa pariter accipiunt ebulitionẽ et ſic mulier accipiet in vna ſeptimana ita ꝙ vno tempore plus ꝙ̃ alio tẽpore accipiat et cõcipiet. Item mulier debet vti calidis et bonis cibarijs et debet quodamõ inebriari et benefricari. et debꝫ cauere ne crura eleuata ſemẽ impediant ita ꝙ debet ſe cito labori applicare ad retinendum et ſtatim poſtea dormiet ſine dubio concipiet.

Et eſt etiam documentum obſeruandũ ſcꝫ quãdo aliquis

senciat mulierem concepisse q non nominet in presencia mulieris aliquid de raris cibarijs ad quod appetitus mulieris posset inclinari nisi ei possit libitum prosequi quia si mulier tale postularet quod nullo modo posset haberi haberet occasionem abhorrendi; propter contrariā disposicionem appetitus. Fetus enim sic conceptus debilis redditur et extinguitur, ideo consultum est quādo mulieres petunt carbones vel aliqd cōsimile qd eis ministretur Vidi enī de quadā muliere que cū impregnata fuisset pecijt poma recēcia que cū habere nō potuit cecidit ad lectū et infra diem et noctem nihil gustabit neq; panem neq; potū. Et fuerūt circa eam iuuenes mulieres et ancille que prius nō cōceperunt quibus illa fuerunt occultata Et quādo impregnata pecijt poma recentia. Et ancille astantes dixerunt non inueniuntur loquentes inter se q venenosum esset dare mulieri poma q2 viderēt in febricitātibus cōsimile et in pte illa decepte sūt. tūc aūt illa impregnata ex carencia pomorū multū fuit debilitata intm q fet9 anteq ad debitū tēpus peruenit mortuus exiuit: in cui9 egressu illa mulier

laborauit tribus diebus et noctibus et ante egressum illa mulier emisit sanguinez per nares duobus diebus et vna nocte Ille vero sanguis fuit menstruosus et signū corruptiōis fetus fuit illud Iuxta illud ypocra· menstruis fluentibus impossibile est fetū esse sanū. ideo vt ille omēs particule euitātur apud omes impregnātes bonū est vt mulier in custodia habeatur et modice moueat· Et vt eis cibaria mollia et leuia mīstrētur Et omia iuxta appetitū ꝓsequāt.

Hic autor in toto illo textu recitato iam ponit duo documenta et satis manifeste patent in textu.

Sed anteq̄ꝫ nostrū ser monē ad alia cōuertam⁹· Notādū est vnū nōbile signū qđ fit per cognitionē masculi in vtero matris existētis· et est illud Accipiat aquā mūdā de fōte claro et puro et ꝓcurat sibi vnā guttā sanguinis vel lactis de dextro latere mulieris et infundat guttā illā aque iste· si tūc gutta petit fundū signū est masculi· Si vero supernatauerit signū est femelle. Itē si dextra mamilla fuerit maior sinistra impregnata est masculo· Si v° sinistra maior femellam portat·

Hic autor ponit scđm documentū Et nota q̄ quando mulier concepit tunc debilitatur et variatur gracia fetus concepti in ipsa et ideo quitquid cupit sibi detur et si non tunc euenit dolor eo q̄ appetitus non procedit quia voluntas delectatur in prosequēdo quod diligit vnde nihil appetit nisi qđ fuerit animatū

Signum masculi et femelle

Ex tercia de anima et per cõmentato. tertio Ethi. patet quia voluntas est appetitus intellectus et semper est boni simpliciter vel apparentis vñ oĩa bonũ appetunt patet per diffinitionẽ boni quã dat Aristo. in principio. i. Ethi. dicens bonum est qđ omnia appetunt. Nota ꝙ post conceptionẽ quando menstruũ fluit hoc est signũ destructionis fetus quia fetus debet nutriri de menstruo fluente. Sed si modicũ fluit ꝓpter purgationem nature ne fetus suffocetur hoc est proficuum.

Antequã textus vero finem dictis imponamus vt nostra doctrina subtiliter et magis cõplete habeatur cũ de materia menstruorũ aliqualiter dictũ est. Transeundũ est ad materiam spermatis in viro Sperma vero vt supra dictũ est nihil aliud est ꝙ̃ superfluũ alimenti qđ in substancia rei aliunde nõ cedit. Juxta qđ notandũ ꝙ talis est modus nutritionis ꝙ primo cibus masticatus in ore dirigitur ab ore ad ipsũ stomachũ et ibi fit digestio prima. et ibi seperatur purũ terrestre ab impuro terrestri. Et illud impurũ dirigitur ad viscera et vlterius emittitur per secessum. Sed purũ hoc vlterius dirigitur ad epar ibi fit secũda digestio. et tunc ibi iterũ seperatur purũ aquaticuʒ ab impuro aquatico. Impurũ aquaticũ dirigitur ad phesicam et vlterius per micturã emittitur. Sed purũ dirigitur ad cor. et ibi fit tercia digestio et separatur purũ ab impuro Impurũ dirigitur ad vasa semialia et ex illo fit sper

Spermatis generatio

ma in viro et in muliere menstruū· Sed purū est sanguis et illud dirigitur a corde per magnas venas que dicuntur capillares per quas venas dirigit̄ sanguis ad singula mēbra et in illis mēbris fit vltima digestio· et iterū seperatur purū ab impuro· Impurū emittitur per sudores et per vngues et cōsimilia· Hoc autē purū cōuertitur et congelatur in substanciā aliti· Ita ꝙ tales pori qui sunt euacuati per calorē naturalē illi ecōuerso repleātur· et si plus venerit ꝙ̄ est deperditū tūc dicitur augmētatio Sed ad hoc requiruntur quatuor Primo materia sufficiens que est panis et cōsimilia· Secundo potus recipiens illā quartā digestionem· Tertio natura distribuens· Quarto calor naturalis cōuertens alimentū in alitum·

Hic autor exequitur de vltimo motiuo huius libri. Et ostendit modū generatiōis spermatis. Nota homo est optime digestionis et subtilioris quia est magni caloris et ꝓpter multos labores digerit et consumit humidū quia calor agit in humidū sicut in subiectū. et calor facit exalare humidū ideo oportet esse restaurametū caloris ne cōsumat humidū radicale. Et sic mors sequeretur quia cōsumpto humido radicali in quo cōsistit vita nulle prosunt medicine. Sed tamen notandū. ꝙ vnū indiuiduū per aliquā medicinā potest viuere per annū vel amplius sine nutrimento sicut expertū est. Sed hoc nō potest fieri cursu cōmuni. Nota masticatio est quedā contritio cibo facta per dentes. et natura sic ordinauit in anteriori parte. dentes acutos vt bene diuidant cibum. Sed in fine latos ordinauit propter masticationē vn̄ versus Sūt hoīs dentes triginta duo comedentes.

Sed de istis que dicta sūt cōsurgit dubitatio quedā. vtrū calor agit in ipsum humidū cōsumēdo sit operatio caloris in eo q̄ calor naturalis. Pro quo sciēdū q̄ scd̄m Aristo. iiij. metha. ca. de operatiōe inquātū actiuorū. Prima operatio caloris inquantū calor habet dissoluere et exalare homogenia et eutrogenia quia si accipiat̄ vna massa de auro et argēto et ponatur in ignē calor facit fluere aurū ab argento et ecōuerso. et sic locutus est p̄hs ij. de gene. vbi dicit q̄ calor determinatus agit tanq̄ organū sc3 securis et bipennis quia semper dissoluit cōiuncta. Sed calor in eo q̄ naturalis habet in se virtutē formatiuā vniuscuiusq3 rei vel nature cuius calor dicitur esse naturalis et sic in eo q̄ virtus celi vel virtus motorū celestium et vis seminis vicissim cōueniunt.

Hic autor ponit dubiū et satis patet in textu Nō calor in animali nō facit digestionē inquantū calor sed inquantū est bene regulatus ab anima. et ideo peccauerunt aliqui antiqui dicētes q̄ in plantis esset nutritio. Et in superiori parte esset ab igne et ab inferiori parte esset a terra. hoc non valet. quia dicit Aristo. ij. de anima. q̄ si sic esset tunc mixtum cito dissolueretur Quid enī cōtinent elementa in mixto nisi animā. vnde anima est principium omnis actionis sed calor et spiritus sunt instrumenta quia sunt in virtute anime et non in virtute sui ipsius.

Hijs visis finē dictis imponam⁹ et grates deo reddamus

qui nostrũ in hoc opere et in aliis illumiauit intellectũ. Et de obmissis peto veniã et auxiliũ diuine gracie a qua omis sapiencia orta est et hec vita eterna. ad quã nos deus omi potẽs et gloriosus cuncta gubernãs atqꝫ regẽs perducat qui cum patre viuit et regnat et in qua est sũma saturitas secura tranquillitas et iocũditas et sine fine eternitas sanctorũ extat omniũ per infinita secula seculorum Amen;

Laus deo